



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Vigesima quarta causa. Hæresiarcharum dat nomina bisduo dena. Tres
quæstiones vigesimæ quartæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

missi, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, concessi ordinis honore privetur, & loco sub perpetuo quoque damnationis teneatur ergastulo religatus. Cui tamen communitio ex hac vita non est neganda propter Domini misericordiam; qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur, & vivat.

Causa etiam absq. iudiciali auctoritate membrorum truncationes, & domorum incendia facere prohibentur.

C. XXXI. *¶* Membra detruant, domos incendunt, absq. iudiciali auctoritate excommunicentur.

Unde in decretis Eutylichiani Papa:

Si quis membrorum truncationes, aut domorum incendia fecerit, sive e facere iusserit, aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter, & amicebiliter coram Episcopo civitatis, aliisque civibus non emendaverit, ab ecclesia se privatim agnoscat. Si vero post a secundam & tertiam conventionem cuncta, in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam ethnicus in publicanis ab omni Christianorum collegio e separetur.

6 pars. De incendiariis quoq. Innocentius secundus in responsali s. concilio, c. 18. generaliter constituit dicens.

C. XXXII. *¶* Domos incendunt gratia vel odio alicuius, excommunicentur.

Pessimam siquidem, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum militiam auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur, & interdicimus. *Grævia.* ¶ Si quis ergo post huius nostræ prohibitionis promulgationem malo studio, sive pro odio, sive pro vindicta ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium vel auxilium scienter tribuerit, excommunicentur: & si mortuus fuerit incedentibus Christianorum careat sepultura, nec absolvatur, nisi damno, cui inultit, secundum facultatem suam restituerit, iuret se ulterius ignem non appositurum. Poenitentia autem ei detur, ut Hierosolymis, aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis contra Antiepisopus, vel Episcopus hoc relaxaverit, damnatur rebotari, & per annum ab officio Episcopali absteret sine Regibus & Principibus faciendâ iustitiæ facultatem, consilium Episcopis & Archiepiscopis, non negatur.

C. XXXIII. *¶* Homicida est, qui publicam funem non habens, aliquem occidit, vel debilitat.

Item Augustinus in libro de civitate Dei.

Quamvis percutit malos in eo quod mali sunt, & habet i causam interfectionis, minister Dei est. Quis vero sine aliqua publica administratione maleficium, homicidium, & adulterium, perjurium, vel quemlibet criminis interfecerit, aut truncaverit, vel membris debilitaverit, vel homicida, iudicabitur, & tanto acrius, quanto non sit sub Deo concessam potestatem aditive usurpare non timuit.

¶ Prima pars huius capituli usq. ad vers. Qui vero: citatur supra, ead. q. 1. qui malos. ex Commentariis B. Hieronymi in Exeg. dicitur, ubi etiam habetur.

¶ Et habet causam J. Supra ead. q. 5. qui malos. Et rapud. Hieronymus, & in glossa ordinaria, Pannormia; apud Ivoem. par. 1. c. 14. legitur, habet vasâ. Exponitur enim illa Exeg. ubi dicitur: Vnusquisque vas interfectionis habet, sed apud Bernardum & Ivoem, eadem par. c. 171. legitur. vi. apud Gratianum.

7 pars. De his autem, qui simul hominem vulnerant, quarum, si illi mortuus fuerit, qui eorum homicidæ reatum, incurrat.

¶ Exco. b. Poly. l. 2. tit. 15. Bur. l. 1. c. 30. Ivo p. 13. ca. 40. c. vel J. Burd. & Matib. 18. e. al. consertio. f. & in conc. Rheimsi sub Eugenio II. c. 18. Pann. l. 2. c. 154. G. Bur. l. 6. c. 91. Ivo p. 13. c. 114. & 171. Pann. l. 2. c. 151.

C. XXXIV. *¶* Si plures contra unum rixentur, quâ pondâ quisq. eorum feriantur.

De his ita statutum est in concilio apud Vermerias.

Si a quatuor aut quinque homines, seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus, mortuus fuerit, iudicunque eorum plagam ei imposuit, secundum statuta canonum, ut homicida iudicetur: reliqui autem, qui eum impugnant, volentes eum interficere, similiter poeniteant. Qui vero nec eum impugnant, nec vulnerant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt, extra noxam sint.

CAUSA XXIV.

Vidam Episcopus in hæresim lapsus aliquot de sacerdotibus suis officio privavit, & sententia excommunicationis notavit. Post mortem de hæresi accusatus damnatur, & sequaces eius cum omni familia sua.

- 1. Hic primum quaeritur, an lapsus in hæresim possit aliquis officio privare, vel sententia notare.
- 2. Secundo, an post mortem aliquis possit excommunicari.
- 3. Tertio, an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda.

QVÆSTIO I.

Quod autem ab hæretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hæreticus aut iam damnatam hæresim sequitur, aut novam confugit. Qui vero hæresim damnatam sequitur, ejus damnationis se participem facit.

Unde cum Achatius absq. synodali auctoritate ab Apostolico se damnatum quereret, contra Gelasium scribit, dicens.

C. I. *¶* Qui in eam damnatam hæresim labitur, ejus damnationis se participem facit.

Achatius non est factus inventor novi erroris, sed veteris imitator: atque ideo non erat necessarium, ut adversus eum nova sententia prodiret, sed antiqua tantummodo renovaretur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator novi. Quicumque enim in hæresim femel damnatam labitur, ejus damnatione seipsum involvit.

¶ Sententia huius capituli est eadem cum sententia capitis paulo post sequenti, id est, Achatius, quamvis verba discrepent.

C. II. *¶* Non est retractandum, quod semel synodus statuit contra unamquamq. hæresim.

Item Gelasius in epistola ad Episcopos Dardania.

Majores b. nostri divina inspiratione cernentes necessario præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæresim coacta semel synodus pro fidei & communionis & veritate catholica atque Apostolica promulgasset, non sineret novis posthæc retractationibus mutari: ne pravus occasio præberetur, quæ medicamentum fuerant statuta, pulsandi, sed auctore cuiuslibet infamia, ac pariter errore damnato, sufficere judicaverunt, ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus esset obstrictus, & infra. ¶ Sic Sabellium damnavit synodus: nec fuit necesse, ut ejus sectatores postea damnarentur, singulas visitim synodos celebrari: sed pro revere consuetudinis antiquæ cunctos, qui vel pravitate illius, vel communionis extitit participes, unâ

a Bur. l. 6. c. 42. Ivo part. 10. c. 170. b. Poly. lib. 9. tit. 79. c. al. fide.

verfalis ecclesia duxit a esse refutandos. Sic Arium, Eunomium, Macedonium, Nestorium, synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sinit.

C. III. ¶ Non ultra in eam procedere oportet, qui in heresim damnatam recidit.

Item Felix Papa.

II. A Chatus b non fuit novi, vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita prodirent; sed a feno facinorosi sua communione se miscuit. Itaque necesse est, utin illam recideret iusta lance sententiam, quam cum suis successoribus convenientiam i synodalem susceperat auctor erroris.

¶ Polycarpus lib. 2. tit. 6. citat ex Gelasio, apud quem habetur in commentario ad Faustum.

I. ¶ Convenientiam ¶ Sic in vetustis etiam Gratiani exemplaribus, & recentioribus editionibus conciliorum. In antiquioribus vero concilio non, & epistolam Romanam editionibus legitur, convenientiam.

Si ergo Episcopus ille in heresim iam damnatam lapsus est, antiqua excommunicatione damnatus, alioi damnare non poterat. Excommunicatus enim alios excommunicare non valet.

C. IV. ¶ Excommunicatus alium excommunicare non potest.

Unde Alexander secundus scribit Valeriano Episcopo martyri. I.

A vdivimus d, quod Henricus, Ravennas dicitur Archiepiscopus, visus sit te excommunicare. Verum, quia excommunicatus te excommunicare non potuit, Apostolica auctoritate te, tuosque absolvendo, mandamus exinde nunquam curare.

I. ¶ Martyri ¶ Apud Iuonem est, Guillelmo Marcioni. In vetustis Gratiani exemplaribus legitur, martyr seu marur, ut videatur hoc nomine significari voluisse, cuius ecclesie esset Episcopus. In quatuordecim vero tantum est, Valeriano Episcopo.

Sin autem i ex corde suo novam heresim consinxerit, ex quo talia predicare coepit, neminem damnare potuit: quia nec potest deicere quemquam iam prostratum. Ligandi namq, vel solvendi potestas veri, non falsi sacerdotibus a Domino tradita est. Apostolus enim dicitur, [Quorum e remisit peccata, &c.] promissit. [Accipite Spiritum Sanctum,] ut evidenter cavenda ostenderet eum, qui Spiritum Sanctum non habet, peccata non posse tenere vel remittere. Porro Spiritum Sanctum nemo, nisi intra ecclesiam accipit: quia & ipsam unitatem per gratiam facit. ¶ Unde non nisi congregati in unum dicitur est: [Accipite Spiritum Sanctum:] nec nisi super congregatos in unum die Pentecostes descendit Spiritus Sanctus. Sicut autem extra ecclesiam non accipitur, ita extra eam nihil operatur. Cum ergo, sicut & Apostolus ait, Spiritus g possidet 2, Spiritus impetret, extra ecclesiam nec postulare facit, nec impetare. Unde Dominus dicitur, [Quodcumq, h peteritis, &c.] promissit. [Si duo ex vobis consenserint super terram ex omnino, &c.] & iterum. [Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum:] mirum cunctis ostendens, se non habitare in cordibus eorum, qui superbia singularitatem sequuntur, a corpori Christi compage semetipsos abrumunt. In quibus autem Christus non habitat, in eis Spiritus mentis scissuras refugiens locum non habet. Cum ergo peccata dimittere, vel tenere, excommunicare, vel reconciliare opus sit Spiritus Sancti, & virtus Christi: apparet, quod hi, qui extra ecclesiam sunt, nec ligare possunt, nec solvere, nec reconciliando ecclesiastica communioni reddere, nec excommunicando eius societate privare, quod i pfecta heresi, vel schismate polluti, sive sententia notati, penitus careant probantur. Unde, cum omnibus discipulis parem ligandi atq,

a al. arxi. b Poly. l. i. tit. 16. c al. procederet. d Poo p. 14. c. 37. Pann. l. 5. c. 133. e Ioan. 20. f Act. 2. g Romo. 2. h Matth. 18.

solvendi potestatem Dominus daret, Petro pro omnibus, & pra omnibus claves regni caelorum se daturum promissit, dicens: [Tibi a dabo claves regni caelorum.] Quicumque ergo ab unitate ecclesie (quis per Petrum intelligitur) fuerit alienus, exccrare potest, cccsecrare non valet: excommunicationis potestatem non habet. Unde

Apostolus b, cum fornicatorem Corinthium excommunicandum scriberet, ait: [Ego quidem absenti corpore, praesenti autem spiritu, iam iudicavi ut praesens, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatu vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi traderet huysmodi hominem satanae in interitum carnis.] In quo formam excommunicationis ostendens, docuit, non nisi fidelem, & a fidelem notandum. In nomine namq, Domini, atq, eius virtute cooperante, non nisi fidelem aliquid operari valet: eum nemo potest dicere, [Dominus e Iesus, nisi in Spiritu sancto.] Item cum Dominus d prohibetur agnum comedere extra catholicam ecclesiam, qui professione fidei ab ea suis alieni, ab eius participatione, quam sub arbitrio relinquunt, non repellatur, sed aliter permittitur: sicut illi, qui audientes, [Nisi e manducaverit carnem filii hominis, & biberit eius sanguinem, &c.] dixerunt: [Durus est hic sermo, & qui potest eum audire?] et ita abierunt retrorsum, non repulsi, sed abire permisi. Hinc etiam Apostolus f, cum de excommunicando ageret, praemisit: [Si quis frater, &c.] De infidelibus autem suppositus, dicens: [Eos, qui fratri sunt, Dominus iudicabit.] De his autem, qui inus sunt, nisi iudicium commisit. Sicut autem ex eo, quod Apostolus ait, [Frater,] & ex his, quae de fidelibus & infidelibus suppositus, apparet non nisi fidelem excommunicandum, ita ex eo, quod fidelem tantum hoc scribitur, vel potius, quia sicut ille, qui benedicit, magis est eo, cui benedicitur: ita qui ex officio maledicit, magis est eo, cui maledicitur, liquido constat eum, qui ab integritate catholica fidei recedit, maledicendi vel benedicendi potestatem nunquam habere. Catholicum namq, super se superiorem, maledicere non valet: in alienum a fide, tanquam in filii aequalem, sententiam dare non potest. Haec autem, quae de heretico, atq, schismatico, vel excommunicato dicta sunt, videlicet, quod ligandi vel solvendi potestatem non habeant, multorum auctoritatibus probantur.

I. ¶ Sin autem ¶ Sed apud Iuonem & in Pannormia non habetur & in vetustis Gratiani codicibus hic est ea nota, quae sicut apparet verbis Gratiani. Et est secundum membrum diversum in ipsa quaestione principio a Gratiano proposita: omnino, & hys, & quae dicuntur, ad id confirmandum concurrunt.

2. ¶ Spiritus postulet ¶ Verba ipsa Apostoli sunt haec: Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. In pfecto autem interlineari ad eum locum sunt verba sequentia, Spiritus impetret.

C. V. ¶ Non solvitur vel ligatur, nisi quod ex auctoritate beati Petri solverit vel ligaverit.

Ait enim Leo Papa serm. 3. in anniversario sua assumptionis, & serm. 2. de natali Apostolorum.

Manet ergo Petri privilegium, ubicumque ex pte fertur aequitate iudicium, nec nimia est vel severitas, vel remissio, ubi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut solverit, aut ligaverit.

C. VI. ¶ In persona Petri, ligandi & solvendi ecclesiae potestatem accepit. Item Augustinus super Ioannem, trall. 34. ad c. 12.

Quodcumque h ligaveris super terram, erit ligatum & in caelo.] Si hoc Petro tantum dictum est,

a Matth. 16. b 1. Cor. 5. c 1. Cor. 12. d Ioan. 1. e Ibidem. f 1. Cor. 5. g Poly. l. 7. tit. 1. h Poly. lib. 1. tit. 2. Matth. 16.



non hoc facit ecclesia. Si autem in ecclesia sit (utique quæ in terra ligantur, in cælo ligentur, & quæ solvuntur in terra, solvantur in cælo: quia cum excommunicat ecclesia, in cælo ligatur excommunicatus: cum reconciliat ecclesia, in cælo solvitur reconciliatus.) Si ergo hoc in ecclesia sit, Petrus quando claves accepit, ecclesiam sanctam significavit. Si in Petri persona significati sunt in ecclesia boni, in illa persona significati sunt in ecclesia mali.

C. VII. *¶* Suis meritis firmus, nonnunquam turbatur ab eis.

Item Ambrosius ad c. 3. Luca. Non a turbatur navis, quæ Petrum habet: turbatur illa, quæ Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita navigabat, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In utraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caveamus igitur perfidum, caveamus proditorem: ne per unum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc navis, in qua prudentia navigabat, abest perfidia, fides aspirat b. Quemadmodum enim turbati poterat, cui præerat fides, in quo est ecclesie firmamentum? Illi ergo turbatio, ubi modica fides: hic securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi quis imperatur, ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur. c. [Duc in altum.] hoc est, in profundum dispositionem. Quid enim tam altum, quam altitudinem divinarum videre, scire Dei filium, & professionem divini generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plene rationis investigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.

¶ In scriptis, veritas est tantum, *Item* Ambrosius. In vulgari nomine additatus, super Marcum.

C. VIII. *¶* Solus Petrus accepit mandatum, ut hanc piscinam caperet.

Item ibidem paulo inferius. Et aliud e Apostolicum piscinarum genus: quo generatæ solium Petrum piscari dominus jubet, dicens: Hæc est hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, etc.

C. IX. *¶* Nulla perturbatio a tramite Apostolica fide retrahat, quæ omnes hæreses semper destruat.

Item Lucius Papa Episcopus Gallie, & Hispanie.

Acta ergo fide, & Apostolice tramite propter ultimam persecutionem h. nolite recedere, scientes, quoniam iuxta Salvatoris sententiam, beati s. sunt, qui persecutionem patientur propter iustitiam. Hæc est Apostolorum vna traditio: hæc vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda: hæc sancta & Apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite Apostolice traditionis impavida erasse probatur: nec hæreticis novitatibus depravata succumbit: sed, ut in exordio noxam fidei Christiane percepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi Principibus, illibata finetenus manet.

C. X. *¶* Fidei Romana ecclesia omnem hæresim destruat, nullam fovet.

Item Sixtus Papa II. ad Gratianum Episcopum, epist. 1. Error s. sum, me sub illius nomine ecclesie præfidefecit, & cuius fides nullam h. hæresim unquam fovit, sed omnes quidem hæreses destruit. Inelligo autem nihil aliud non licere, quam ut omnes conatus meos etiam, in qua universalis ecclesie salus infestatus, impendat.

a Polyb. in c. Anst. c. 37. b al. superat. c Luc. 5. d Matth. 26. e Polyb. ibid. f Matth. 26. g Polyb. in c. Anst. c. 37. h al. perturbatorem. i Matth. 5. Felix 1. epist. ad Albanianum. k Anst. c. 36. l Polyb. 1. 1. m al. turbatorem nulli, sed.

C. XI. *¶* Nullis hæresibus Romana succubuit ecclesia.

Item Eusebius Papa Episcopus Thuscæ, epist. 2.

IN sede Apostolica extra maculam semper est catholica servata religio.

C. XII. *¶* Ad Romanam referatur ecclesiam, quæ ratio fidei ventilatur.

Item Innocentius Papa Episcopus concilii Melvianæ, epist. 26.

Quoties a fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris authorem referre debere (veluti nunc retulit vestra dilectio:) quod per totum mundum possit ecclesie omnibus in commune prodesse.

C. XIII. *¶* Christiana religionis zelum Romana ecclesia præ cætera habuit.

Item Iulius Papa ad Episcopos orientales, epist. 1.

Officii b. nostri consideratione non est nobis diffimulare, non est tacere libertas c, quibus major cunctis Christianæ religionis zelus incumbit.

C. XIV. *¶* Aliorum ora non times fides, quam Romana commendat ecclesia.

Item Hieronymus ad Damasum in expositione Symboli.

Hæc d. est fides, Papa beatissime, quam in ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus: in qua si minus perire, aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri & fidem, & sedem tenes. Sim autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpate e. voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, non f. me hæreticum comprobabit. *Item* Sancta i. Romana ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino providente, & beato Apostolo opem ferente in futuro manebit, sine ulla hæreticorum insultatione firma, & immobilis omni tempore persistet.

i. Sancta] Hæc videntur sumpta ex epistola Marci Papæ ad Anthanasium, sed alio modo aptata. Nam apud illum post aliam quadam sic legitur, Non, ut nos aliquid sinistrum, vestra ex parte arbitremur: sed nos & vos, illosque absque ulla in posterum turbatione unum sentire optaremus: & sancta Romana ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino providente, & beato Petro Apostolo opem ferente, & in futuro manebit sine ulla hæreticorum insultatione firma, & immobilis omni tempore persistet.

C. XV. *¶* Aliud, quam Romana ecclesia neg. sentire, neg. docere permittitur.

Item Marcellus Papa universi Episcopi per Antiochiam constituit, epist. 1.

Rogamus g. vos fratres, ut non aliud doceatis, neque sentiat, quam quod a beato Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, & patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis. Idcirco non oportet vos proprium derelinquere Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius ecclesie: cui ait Dominus, [Tu h. es Petrus, & super hæc petram ædificabo ecclesiam meam, &c.] Ejus enim sedes primitus apud vos fuit: quæ postea, iubente domino, Romanam translata est: cui, adminiculante gratia divina, hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet: ad quam cuncta majora ecclesiastica negotia, divina disponente gratia, iussu sunt referri: ut ab ea regulariter disponamur, & qua sumpsere principia. Si verò vestra Antiochena

a Polyb. ibid. Anst. l. 1. c. 37. & l. 2. c. 34. b Anst. l. 1. c. 37. c al. liberum. d Polyb. ibid. e al. maculare. f al. fidei hæreticum. g Polycarp. lib. 1. tit. 4. Anst. in libro 1. cap. 42. h Matth. 16.

quæ olim prima erat, Romana cessit sedi, nulla est, quæ
ejus non sit subjecta ditioni.

*¶ In hoc capite aliqua sunt addita, & in suam locum restituta
ex originali. Glossa autem ad verbum, oportet, facile transponi
potest.*

C. XVI. *¶ Alexandrina ecclesia à Romana
dissentire non licet.
Item Leo Papa Diacoro Episcopo Alexandrina,
epist. 79. al. 21.*

Cum a beatissimus Petrus Apostolicum b à domino
accepit principatum, & Romana ecclesia in ejus
permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus di-
scipulus ejus Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam
gubernavit, aliis regulis traditionum: i suarum decreta
formaverit: cum sine dubio de eodem fonte gratia unus
spiritus fuerit & discipuli, & magistri: nec aliud ordi-
natus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore
suscepit.

*¶ Traditionum.] Sic est emendatum ex duobus vetustis
Gratiani codicibus, Anselmo, & originali ipso. Antea lege-
batur, aliis regulis, & traditionibus sua decreta firma-
verit.*

C. XVII. *¶ Professione sua fidei, avertit erroris
Romana abscedit ecclesia.
Item Ambrosius in commentariis ad c. 22.
Lucæ, lib. 10. c. 12.*

Si Petrus volens percussit aurem, docuit quod au-
rem habere in specie non deberent, quam in ministe-
rio d non haberent. Sed bonus dominus & ipsi refun-
dit auditum: secundum prophetica e dicta demonstrans
& ipsos, si convertantur, posse sanari, qui in passione do-
mini vulnerati sunt: eò quod omne peccatum fidei f
mysteris abluitur. Tollit g ergo Petrus aurem. Quæ-
re Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves regni celo-
rum. Ille enim condemnat, qui & absolvit: quoniam
ligandi & solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit
autem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem
interiorem male intelligentis. Caveamus, ne cui tolla-
tur auricula, dum b legitur passio domini. Si ad divi-
nitatem ejus referimus infirmitatem corporeæ passionis,
exciditur auricula, & exciditur à Petro: qui non passus
est Christum Prophetam estimari: sed Dei filium docuit
fidei confessione signari.

*¶ Citatur antea ex Gregorio, apud quem non est inventum.
C. XVIII. ¶ Extra unitatem sancta ecclesia Spi-
ritus Sanctus non accipitur.*

Item Cyprianus in tractatu de unitate ecclesia.

Loquitur Dominus ad Petram: [Ego & dico ti-
bi, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram
ædificabo ecclesiam meam.] Super unum ædificat eccle-
siam: & quamvis Apostolis omnibus post resurre-
ctionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat: [Sic-
ur I misit me pater, & ego mitto vos. Accipite
Spiritus Sanctum, tamen ut unitatem manifestaret, uni-
tatis ejusdem originem ab uno incipientem sua aucto-
ritate disposuit. Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod
fuit & Petrus, pari consortio præditi, & honoris & po-
testatis. Sed exordium ab unitate proficiscitur: ut eccle-
sia una monstretur: quam unam ecclesiam etiam in
Cantico canticorum Spiritus Sanctus ex persona domi-
ni designat, & dicit: m [Vna est columba mea, perfe-
cta mea: una est mater mea, electa genetrici suæ.] Hanc
ecclesiam unitatem i qui non tenet, tenere se fidem cre-
dit? Qui ecclesiam renititur & resistit, in ecclesia se esse
confidit? Quando & beatus Apostolus Paulus hoc idem

a Anst. l. c. 30. b al. Apostolus. c Ioan. 10. d my-
sterio. orig. e Esa. 31. f al. in ministerio fidei. g Mat. 16.
h abest ab orig. i Omittuntur aliquot verba. k Mat. 16.
l Ioan. 20. m Cant. 6.

doceat, & sacramentum unitatis ostendit, & dicens: [V-
num e corpus, & unus Spiritus: una spes, vocacionis vo-
stra. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus
Deus.] Quam unitatem tenere firmiter, & vindicare de-
bemus, maxime Episcopi, qui in ecclesia præsidemus: ut
episcopatum ipsum unum, atque indivisum probemus.
Nemo fraternitatem mendacio fallat: nemo fidei veri-
tatem perfida b pravariatione corruptat. ¶ Episco-
patus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur.
Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremen-
to fecunditatis extenditur: quomodo solis multi radii,
sed lumen unum: & rami arboris multi, sed ro-
bur unum tenaci radice fundatum: & cum de fonte
uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videat-
ur exundantis copia largitate: unitas tamen servatur in
origine. Avelle radium solis à corpore, divisionem it-
cis unitas non capit. Ab arbore c frange ramum, fra-
ctus germinare non poterit. A fonte præcidit rivum, ret-
cillus arefcet. Sic & ecclesia domini luce perfusa per co-
bem totum radios suos porrigit: unum tamen lumen
est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separa-
tur. Ramos suos in universam terram copia uberant
extendit: profluentes largiter rivos latius pandit: unum
tamen caput est, & origo una; & una mater est secunda-
tatis successibus copiosa. d. Illius factu nascimur: illius
lacte nutrimur: Spiritu ejus animamur. Adultentis nos
potest sponsa Christi: incorrupta est & pudica. Vnâ
domum novit: unius cubiculi, sanctitatem catho pudore
custodit.

*¶ Unitatem.] Quæ sequitur, usq. ad vers. Quando
addita sunt ex originali: ex qua aliam & addita, & emen-
data sunt.*

C. XIX. *¶ Non habet Deus Patrem, unum
sola ecclesia, relinquit unitatem.
Idem ibidem paulo inferius.*

Alienus e est, profanus est, hostis est: habere jam non
potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet ma-
trem. Item infra. ¶ Dominus enim cum discipulis sua
unanimitatem suaderet, & pacem: [Dico, f inquit, vo-
bis, quoniam si duobus, i ex vobis convenit in terra,
de omnire, quæcumque petieritis, contingeret vobis à pa-
tre meo, qui in cælis est. Vbiunque enim fuerint duo,
aut tres congregati in nomine meo, ego cum eis sum.] e-
stendens non multitudine, sed unanimitati deprecantium
plurimum tribui. [Si duobus, inquit, ex vobis conven-
rit in terra:] unanimitatem prius posuit: concordiam pa-
cis antè præmisit: ut conveniat nobis fideliter, & firmiter,
docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo conve-
nire, cui cum corpore ipsius ecclesie, & cum universa
fraternitate non convenit? Quomodo possint duo, aut
tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, &
ab ejus Evangelio separari?

*¶ Sed duobus.] Sic legitur in octo vetustis beati Cypriani
dicibus, & his, & aliis locis, ubi hæc Evangelicæ sententia afferuntur. In
vulgatis tamen est, ut antea apud Gratianum. Si duo ex vobis
convenierint.*

C. XX. *¶ Ligandi & solvendi non habet potesta-
tem, qui unitatem pacis catholice non
habet.*

Item Augustinus libro spiritus de baptismo, c. 11.

Omibus g consideratis puto me non temere dice-
re alios ita esse in domo Dei, ut ipsi etiam sint e-
dem domus Dei, quæ dicitur b ædificari super petram,
quæ unica i columba appellatur, quæ sponsa pulchra
sine macula, & ruga & hortus conclusus, fons signatus,
puteus aquæ vivæ, paradysus cum fructu pomorum: qui

a Ephes. 4. b al. posidita. c fractio orig. d al. glo-
riosa. e Poly. ibid. Anst. l. c. 2. f Math. 16. g Anst. l. c.
cap. 3. Poly. 4. 7. 114. h Mat. 16. i Cant. 4. domus

domus etiam claves accepit, ac potestatem solvendi & ligandi. Hanc domum si quis corripientem, cortigenemque contempserit, [sic tibi inquit, sicut ethnicus & publicanus.] De hac domo dicitur, e [Domine] dixerit decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. & Qui d. habitare facit unanimes in domo.] & [locandus s. sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.] & [Beati f. qui habitant in domo tua Domine: in fructu saculorum laudabunt te.]

¶ *Ante & hoc, & sequenti capite rebusbantur. Hieronymo, quædam domus etiam apud Ansel. & in Poly.*

C. XXI. ¶ *Varia crimina variis sunt panis afficienda.*

Idem libro secundo, capite sexto.

Non afferamus stateras & dolosas, ubi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes, hoc grave, hoc leve est: sed afferamus divinam stateram descripturam sanctis, tanquam de thesauris Dominicis, & in illa, quid sit gravius, appendamus: imò non appendamus, sed à Domino appensa recognoscimus. Tempore illo, quo Dominus priora delicta recensibus penarum exemplis cavenda monstravit, & idolum fabricarum, atque adoratum est, & propheticus liber ita Regis contemptoris incensus, & in tantum: & idololatria gladio punita est, exustio libri bellica cæde, & peregrina captivitate, schisma hiameræ, sepulchris auctoribus, vivis, & cæteris cælesti igne consumpsit. Quis jam dubitaverit hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius vindicatum?

C. XXII. ¶ *Ex sola ecclesia sacrificium Dominus accepit.*

Item Gregorius in i. moralibus, lib. 35. c. 6.

Via & ex sola ecclesia catholica veritas conspicitur, quod se esse locum Dominus petebit, de quo videatur. In petra Moyses / ponitur, ut Dei speciem / con- / templaretur: quia, nisi quis fidei soliditatem tenuerit, divi- / nam præsentiam non cognoscit. De qua soliditate Do- / minus dicit, n. [Super hanc petram aedificabo, &c.] & su- / per. ¶ Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus / dicitur accipiat: sola, quæ pro errantibus fiducialiter / intercedit. Unde etiam de agni hostia Dominus / præcepit, dicens: o [in una domo comedetur: nec / effertur de carnibus eius foras.] In una namque domo / agnus comeditur: quia in una catholica ecclesia, vera / hostia reprobatoris immolatur. De cuius carnibus divi- / na lex p. essenti foras prohibet: quia sanctum q. dari / carnibus veræ. Sola est, in quo bonum fructuose per- / agitur: unde & mercedem r. denarii, non nisi qui intra / vineam laboraverunt, acceperunt. Sola est, quæ intra se / ipsos valida charitatis compage custodit. Unde & a- / quæ / diluvii arcam quidem ad sublimiora sustulit: o- / mnes autem, quos extra arcam invenit, extrinxit.

C. XXIII. ¶ *Non exhibet fidem Christo, qui corpus eius deserpit.*

Item Ambrosius in oratione funebri de obitu fratris.

Advocavit t. ad se. Cyprianus: t. Episcopum Satyrum: nec ullam veram putavit, nisi veræ fidei gra- / pio catholicis esset, hoc est, si cum Romana, ecclesia con- / sultem. Et forte ad id locorum in schismate regionis / illius ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra communione / nunc temporis diviserat: & quanquam pro fide exu-

a Epist. 3. b Matth. 16. c Psal. 25. d Psalms. 67. e Psalms. 119. f Psalms. 119. g Prov. 11. Osea 12. Amos 8. h Exod. 31. Hier. 36. Num. 16. i Et Aug. serm. 111. de tempore, c. 12. k Anselm. 1. c. 36. Poly. 7. 311. 3. l Exod. 33. m alit. faciem. n Matth. 21. o Exod. 12. p al. iustis, q Matth. 7. r Matth. 21. s Genes. 7. t Anselmus lib. 12. cap. 41. Po- by. 12. 111. 4.

lisset, & fidei sue reliquisset hæredes, non putavit tamen fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei ecclesiam non tenebant, cuius patiebantur velut quosdam artus dividi, & membra lacerari. Etenim cum propter ecclesiam Christus passus sit, & corpus Christi ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo, fides, à quibus evacuat passio ejus, corpusque diffrahitur. Itaque quamvis gratia foris 2 teneret, & mœueret tanti nominis debitor navigare, tamen cò transire maluit, ubi turò posset exolvere. Audicabat enim divina solutionis 3 gratiam in effectu ac fide esse, quam quia a statim ubi primum copia liberior ecclesie fuit, implere non distulit, Dei gratiam & accepit desideratam, & servavit acceptam.

1 ¶ **Cyprianus** Apud B. Ambrosium & Anselmum legitur. Advocavit ad se Episcopum Satyrus. Narrat enim Ambrosius Satyrum fratrem suum, cum in Sardiniam appulisset, ad se Episcopum Satyrum vocasse, ut sciret Luciferianorum, an catholicis esset. Sed ob glossam, & eam, quæ casum scripsit, non est mutatum.

2 ¶ **Fœcus** Antea legebatur, fœcus. Restitutum est ex aliquot vetustis exemplaribus, originali, & cæteris collectoribus.

3 ¶ **Solutionis** In aliquot manuscriptis, & apud B. Ambrosium, & cæteros collectores, legitur, divina solutionem gratiæ. Sed ob glossam non est emendatum, opera pretium fuerit integrum Ambrosii locum perlegere.

C. XXIV. ¶ *Eriam corpore ab eo recedendum est, qui fidem Christi non habet.*

Item Beda super epistolam Iohannis secundam, cap. 10. 10.

Omnis b, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui permanet in doctrina Christi, hic & Patrem, & filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non assert, nolite recipere, eum in domum, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Ave, communicat ejus malignis operibus. Hæc Iohannes de schismaticis, sive hæreticis detestandis: quæ verbis docuit, etiam factis exhibuit. ¶ Narrat d enim de illo auditor illius sanctissimus, & martyr fortissimus Polycarpus, Smyræorum antistes, quòd tempore quodam, cum apud Ephesum balneas lavandi gratia fuisset ingres- / sus, & vidisset ibi Cerinthum, exiliret continuo, & dis- / cesserit non lotus, dicens, Fugiamus hinc, ne & balneæ ipse corruant, in quibus Cerinthus lavat inimicus veri- / tatis. Idem etiam Polycarpus Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi, agnoscis nos? respondit, agnosco primogenitum Satanae.

C. XXV. ¶ *Profanus est, extra ecclesiam beati Petri agnum comedere tentans.*

Item Hieronymus ad Damasium.

Quoniam e vetusto i. Briens inter se populorum & furore collisus indiscissam f. Domini tunicam & desuper textam per frustra discepit, & Christi vineam vulpes exterminant, ut inter lacus contritos, qui non habent aquam, difficile, ubi fons g. signatus: & hortus ille conclusus sit, possit intelligi, ideo mihi cathedram Petri, & fidem Apostolicam h. ore laudatam censui consulendam, inde nunc meæ animæ postulans cibum, unde olim Christi vestimenta suscepi. Neque verò tanta vastitas elementi liquentis, & interjacens longitudo terrarum me à pretiosæ margaritæ portu inquisitione prohibere. Vbiunque s fuerit corpus, illuc congregatur aquilæ. Profligato à sobole mala patrimonio apud vos solos incorrupta Patrum servatur hereditas. Ibi ce- / spite terra fecundo: Dominici k. feminis puritatem.

a quidem] orig. b 2. Ioan. 1. c. al. exercuit. d Irenæus 1. 3. c. 3. Eusebius 1. 4. c. 14. e Anselm. 1. 1. c. 64. Poly. 1. 9. 111. 4. f Ioan. 19. g Cant. 2. Hæc. 2. h Rom. 1. i Iud. 24. k Matth. 13.



centeno fructu refert: hic obruta sulcis frumenta in locum, avenasque degenerant. Nam in occidente sol iustitiae oritur: in oriente autem Lucifer a ille, qui ceciderat, supra sidera posuit thronum suum. Vos b estis lux mundi, vos sal terra, vos aurea vasa c & argentea: hic testacea vasa vel lignea, virga z ferrea, & aeterno operiuntur incendio. Quamquam igitur tui me terreat magnitudo, invitat tamen humanitas. A sacerdote, victima d salutem, a pastore praesidium ovium flagito. Fertilis e invidia Romani culminis, recedat ambitio. Cum successore piscatoris, & discipulo crucis loquor. Ego nullum praemium f, nisi Christum sequens, beatitudinis, id est, cathedrae Petri communionem confocior. Super g illam petram aedificatam ecclesiam scio. Quicumque h extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe i non fuerit, peribit regnante diluvio. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigravi, quae Syriam juncto Barbariae sine determinat k, nec possum sanctum Domini, ior interjacentibus spatii, a sanctimonia sua semper expetere: ideo hic collegas tuos Aegyptios confessores sequor, & sub onerariis navibus parva navicula delitisco. Non novi Vitalem: Metetium respondo, ignoro Paulinum. Quicumque l tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

1 ¶ [Vetus] Antea legebatur, vetus. Emendatum est ex originali, quoniam glossa in Iovinianum convenit.
 2 ¶ [Virga ferrea] Apud B. Hieronymum legitur, Virgam ferream, & aeternum operiuntur incendium. Sed ob glossam non est emendatum: quae etiam causa fuit, cur aliquot alii loci sicuti visum fuerit indicare in margine lectionem ipsam originalem.

C. XXVI. ¶ Hereticorum consortia a catholicis sunt fugienda.

Item Ambrosius in commentariis ad 9. c. Lucae.

Quae m dignior domus Apostolica praedicationis ingressu, quam sancta ecclesia? an quis praefertendus magis omnibus videtur esse, quam Christus? qui n pedes suis lavare consuevit hospitibus, & quoscumque sua receperit domo, pollutis non patitur habitare vestigiis, sed maculosos, licet vitae prioris, in reliquum tamen dignatur mandare o processus? Hic est igitur solus, quem nemo deserere debet, nemo mutare: cui bene dicitur p: [Domine ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes, & nos credimus.] Vides executores caelestium praepceptorum, qui quoniam non mutavit hospitium, caelestis confortium habitationis q emeruit? Fides igitur in primis ecclesiae quaerenda mandatur: in qua, si Christus habitator sit, haud dubie sit legenda. Sin vero populus perfidus, aut praepceptor hereticus deformet habitaculum, vitanda hereticorum communio, fugienda synagoga censetur, excutiendus pedum pulvis: ne fatiscientibus perfidia sterilibus siccitatibus, tanquam humi arido, arenosaeque mantis tuae vestigium polluat. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet Evangelii praedicator, & tanquam propriis inania gesta pulveri comparanda allevare atque abolere vestigiis, iuxta quod scriptum est, [Quis r infirmatur, & ego non infirmor?] ita, si qua est ecclesia, quae fidem respuat, nec Apostolicae praedicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidia possit aspergere, deserenda est. Quod Apostolus quoque evidenter asseruit, dicens: s [Hereticum hominem post unam & secundam correptionem devita.

a Esa. 14. b Matth. 5. c 2. Tim. 2. d ultimam salutem. orig. e Euseb. i. vera lectio. f primum. orig. g. Matth. 16. h Exod. 12. i Gen. 7. k ad discrimen. l 1. Mat. 12. m Anselm. 5. c. 23. Poly. 1. 3. tit. ult. n Ioan. 13. o mutare. orig. p Ioan. 6. q ad consecrationem. Poly. 1. 7. tit. 7. r 2. Cor. 11. s ad Tit. 3.

C. XXVII. ¶ Nec peccatis solvi, nec caelestium regnum ingredi potest, qui ab unitate ecclesiae est divisus.

Item Beda a super Mattheum in homilia de festo Apostolorum Petri & Pauli, ad c. 15. Matth.

Quicumque b ab unitate fidei vel Societatis Petri & Pauli quolibet modo semetipsum segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi, nec januam possunt regni caelestis ingredi.

C. XXVIII. ¶ Non suscipiuntur eorum sacrificia, quorum fides reprobat, & vita.

Item Hieronymus in Anas Prophetam, ad c. 5.

Odi c, & proci festiuitates vestras, & non capiam odorem caetuum vestrorum. Quod si attuleris mihi holocaustomata & munera vestra, non accipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam. ¶ Odit d autem Deus, & non solum odit, sed & proicit festiuitates eorum r, qui non celebrant festiuitates Dei, sed sua, & post pascha. ¶ Odisse z autem, & proicere, & non odorari, humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. Et si oboluerit holocausta, ut videtur in Evangelio, dare cleemosynas, pedicium polliceri (quae holocausta sunt vera), non et suscipit Dominus, nec dignatur aspicere pinguium sacrificia eorum. Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita, causasque diiudicat. ¶ Vnde & vidua, quae in Evangelio e in corbonam duo minuta miserat, omnibus a Salvatore praefertur: quia Dominus non ea, quae offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.

1 ¶ [Eorum] In commentariis B. Hieronymi hic, quoniam modum & alius loci huius capituli sunt aliquot verba interposita. Ivo hoc loco habet ut Gratianus.

2 ¶ [Odise] Ante haec verba apud B. Hieronymum & Ivoem antecedit, c. odit, supra 1. q. 1.

C. XXXI. ¶ Ubi charitas non est, ibi fides vel iustitia locum non habet.

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib. 1. c. 9.

Vbi sana fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide vivit. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter, ubi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio g enim proximo malum non operatur: quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est ecclesia.

C. XXX. ¶ A fide recedens, Spiritus perfectionem amittit.

Item Innocentius Papa ad Alexandrum, episc. 11.

Heretici h, cum a fide catholica desierint, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt.

C. XXXI. ¶ Sacri officii i potestas penitus caret hereticis.

Item Cyprianus Magno filio salutem, lib. 1. epistola sexta.

Idicimus i omnes omnino hereticos, & schismaticos nil habere potestatis ac iuris. Propter quod Novatianus nec debet nec potest excipi, quo minus ipse quoque extra ecclesiam consistens, & contra pacem & dilectionem Christi faciens inter adversarios & Antichristos computetur. ¶ Ecclesia una est, christus computetur. ¶ Si enim aliquid quae una & intus esse & foris non potest. Si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit, & quem praeter sacerdotum honorem

a ubi glossa ord. b Ivo p. 5. c. 35. c Ivo p. 2. c. 101. d. mos. d 1. q. 1. odit Deus, aliquot verba omissa. e Marc. 11. f Abacuc 2. & Rom. 1. g Rom. 13. h 1. q. 1. Arrianus. Anselm. 1. c. 57. Poly. 1. 7. tit. 5. i Anselm. 1. c. 91. Poly. 1. 7. tit. 1. Diocimus. orig.

martyrio



martyrio quoque Dominus glorificavit, Novatianus in ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Evangelica & Apostolica traditione contempta, nemini succedens, a seipso ortus a est. Habere namque, aut tenere ecclesiam nullo modo potest, qui ordinatus in ecclesia non est. *Et paulo post.* Quod b vero eundem, quem nos, Deum Patrem, eundem filium Christum, eundem Spiritum Sanctum nosse dicuntur, nec hoc adjuvare tales potest. *Et infra.* Invenimus e in tali facinore non solum duces & auctores, sed etiam participes peccatorum delinctorum, nisi à communione malorum se separaverint, precipiente per Moysen Domino, & dicente. d [Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimo, & nolite tangere ab omnibus, quæ sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum.] Et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, implevit, ut quisquis se à Chore, & Dathan, & Abiron non separasset, poenas statim pro impia communione perolveret. Quo exemplo ostenditur & probatur, obnoxios omnes & culpæ & poenæ futuros, qui se schismaticis contra præpositos & sacerdotum irreligiosa temeritate miscuerint: sicut etiam per Osce a Prophetam Spiritus Sanctus testatur, & dicit: [Sacerdotes eorum, tanquam panis luctus: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur.] docens scilicet, & ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio conjungi, qui fuerint eorum peccato contaminati. Quæ ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus supplicia divinitus irrogantur? *Et infra.* Si autem foris cuncti heretici & schismatici non habent Spiritum Sanctum, & id eo apud nos eis f manus imponitur, ut hic accipiatur, quod illic nec esse, nec dari potest: manifestum est nec translationem peccatorum dari per eos posse, quos constat Spiritum Sanctum non habere.

Officii.] Sicut emendatum ex perisq; vetustis. An- nua regitur, sacrificii.
C. XXXII. *Proprio solentur honore, qui omnino pacem ecclesie nituntur.*
 Item Liberius Papa in epistola ad Athanasium.
 Quædam g ecclesie pacem sunt, si dignitatem aut consuetudinem militie h habeant, nudentur eis. Si autem sunt privata, siquidem nobiles existunt, suarum sublimitatum profectionem patientur: si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo abiguntur.


C. XXXIII. *Nec consecratur, nec consecratur in schismate constitutus Episcopus.*
 Item Pelagius Papa.
 Videnda i, ut ita dicam, rapina in divisione est non consecratus, sed execratus Episcopus. Si enim ipsum nomen consecrationis rationabili ac vivaci intellectu dicimus, is qui cum universali detrectat consecrari ecclesia, consecratus dici vel esse nulla ratione poterit. Consecratur enim est, simul sacrare. Sed ab ecclesie visceribus divisus, & ab Apostolicis sedibus separatus execratur ipse potius, & non consecratur. Iure ergo execratus tantum, non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in unitate conjunctis membris non agnoscit ecclesia. Videamus tamen, utrum vel ipsarum consuetudinem partium in sua ordinatione k conservaverint. Neque is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis & Aquileiensis ordinate Episcopi debuissent: ita tamen, ut in ea civitate, in qua erat ordinandus Episcopus, alterius civitatis pontifex occurrere debuisset: ut & ordi-

nandi electio à presenti ordinatore ex consensu universali, cui præficiendus erat, ecclesie melius ac facilius potuisset agnosci: & in sua, qui ad episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur ecclesia. Etenim cum, sicut dicimus, ecclesia una sit, cui in Canticis canticorum dicitur a: [Una est columna mea] nullam aliam esse constat, nisi quæ in Apostolica radice fundata: à quibus ipsam fidem in universo propagatam orbe non potest dubitari. Quod vobis licet notissimum omnino sit, beati tamen Augustini testimonio comprobemus. Audite, quid in quodam opere suo præclarissimus doctor dicat ecclesie. Ait enim: b [Quod si nullo modo recte dici potest ecclesia, in qua schisma est, restat, ut quoniam ecclesia nulla esse non potest, ea sit quam in sedis Apostolicæ per successiones Episcoporum radice constitutam, nullorum hominum malitia (etiã si nota excludi c non possit, sed pro temporis ratione toleranda judicetur,) ullo modo valeat extinguere.]

C. XXXIV. *Unitati non communicat schismaticis consentiens.*
 Idem.

Schisma d siquidem ipsum, quod Græcum nomen est, scissuram sonat. Sed in unitate scissura esse non potest. Non ergo unitati communicant, qui schismaticis communicant. Partes sibi ipsi fecerunt, & ab eo, quod unum est, ut Apostoli e iudæ jam verbis loquar, semetipsos segregantes, Spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum non sunt, ut quia in parte esse voluerunt, ut quia spiritum non habent, corporis Christi sacrificium habere non possint. *¶* Non autem nobis nunc illa quæstio est, utrum tolerare malos, sed utrum debeamus schismaticis sociari. Si enim etiam ipsi, licet in suo sensu abundantes, intra materna tamen positi viscera f quærent veritatem, à nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei veritas claruisset. Sed quia se ab universali ecclesia dividerunt, sicut beatus Augustinus g ait, omnis catholicus securus eam partem detestatur, cui ecclesiam universalem Apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit. Nec enim levigat crimen eorum, magis verò auget, quod eos diu restitisse dixisset, ne Apostolicis communicantes sedibus in sua communione reciperent. In hoc enim dum & illi culpandi sunt, qui communicare talibus voluerunt, multo magis tamen illi execrandi sunt, qui non solum in sacerdotibus communionem Apostolicarum sedium, verum etiam in ipsis laicis spreverunt. Sed nec illud eis prodest, quod eos in eisdem literis vel ignorantia rationis, vel simplicitate intellectus sui à nostra se communione suspendisse perhibetis. Id ipsum enim magis est, propter quod schismatici sunt: quia non eos diversa sentiendi iudicium, sed quædam apud se delata, sibi tamen incognita metuentes, & contra Apostolicam sedem temerè credentes, pessima divisit opinio. Quod schisma specialiter esse beatus denunciavit Augustinus, h dicens de talibus. [Adversus auctoritatem illarum ecclesiarum, quæ ab Apostolica i sede epistolas accipere meruerunt, temerè credendo, immanissimum schismatis crimen à se propulsa non poterit.] Ad summam, aut illos ecclesiam esse creditis, [& cum duæ ecclesie esse non possint, nos, quod absit, schismaticos iudicabitis:] aut si veram in Apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, & illos ab unitate divisos cognoscite, & communionis quaestionem esse sublatam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. Noli i ergo, quasi nulla

a Cant. 5. b Simile quiddam sup. dist. 11. cap. palam. c al. & excludi. d Anselm. 12. c. 44. Polyd. 17. tit. 5. e In deo. f al. ubera. g sup. ead. c. pudenda. h dist. 19. canonici. i Deus dedit p. 1. c. 2.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

ſchismaticorum, atque eccleſiæ differentia ſit, velle indifferenter utrorumque ſacrificiis ſociari. Non eſt Chriſti corpus quod ſchismaticus conficit, ſi veritate duce dirigimur. Nec enim diſiſum eſſe Chriſtum, poterit quilibet ſine Apoſtolici & reprobatione confingere. Vnam, ut ſape dictum eſt, quæ Chriſti corpus eſt, conſtat eſſe eccleſiam: quæ in duo, vel in plura dividi non poteſt. Simul enim cum ea quiſque receſſerit, eſſe deſiſit eccleſia.

¶ Ab Apoſtolica] Apud Anſelmum, & in Polycarpo legitur, quæ Apoſtolicas ſedes: & epistoſas accipere meruerunt. Et convenit cum verbis B. Auguſtini libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, cap. 8. prout notatum eſt ſuprà diſt. 19. in canonici.

C. XXXV. ¶ Ex quo Epicoſopus ſidei contraria docet, alium excommunicare non poteſt.

Item Nicolaus Papa ſcribit Michæali Auguſto, epistoſ. 7.

¶ Emendata eſt hæc rubrica ex pleriq; vetuſtiſſ.

At b Coeleſtinus Papa, orientalibus Epicoſopis ſcribens: [Si quis ab Epicoſopo Neſtorio, aut ab aliis, qui eum ſequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus eſt, ſeu antiliſitis, ſeu cleri dignitate, hunc in noſtra communione & duratiſſe, & durate manifeſtum eſt: nec judicamus eum remotum: quia non poterat quemquam ejus removere ſententiâ, qui ſe jam præbuerat ipſe removendum.]

¶ Nicolaus hic citat epistoſam Coeleſtini Papa, ſcriptam Joanni, & Juvenali, &c. Epicoſopis per orientem, prout eſt in concilio Ephoſino Vaticanæ bibliothecæ, & Lutetiæ impreſſo.

C. XXXVI. ¶ Non habentur excommunicari, qui ab hæretico excommunicantur.

Item ad clerum Conſtantinopolitanum.

¶ Pertet e, inquit, ſedis noſtræ ſancti auctoritas nullum ſive Epicoſopum, ſive clericum, ſeu profeſſione aliquam Chriſtianum, qui à Neſtorio, vel ejus ſimilibus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco ſuo, vel communione deſecti ſunt, vel deſectum, vel excommunicatum videri: ſed hi omnes in noſtra communione & fuerunt, & hucusque perdurant: quia neminem vel deſicere, vel removere poterat, qui prædicans talia titubabat. Intellexiſtis & ne Imperator ex ſuperius memoratis non potuiſſe, ut non dicamus prælatum ſuum, ſaltem quemlibet removere, qui fuerant olim ipſi remoti: nec deſicere quemquam, qui fuerant jam antè proſtrati?

¶ Hinc etiam citatur à Nicolao alia epistoſola quædam Coeleſtini, quæ eſt inter alia ipſius concilio Ephoſini.

¶ Intellexiſtis] Hæc incipiunt propria Nicolai verba.

C. XXXVII. ¶ Ad judicandum excommunicari non ſequantur.

Item Nicolaus Papa ibidem paulo inferius.

¶ Itemur d, quomodo excommunicati ad judicandum recepti ſint, cum ſecundum Apoſtolicos canones ſine commendatiſſis literis in communione ſola recipi prohibeantur. Abſurdum enim eſt, ut cui non licet etiam cum minimis, juxta ſacras regulas, communicare, liceat penes vos etiam de majoribus judicare.

¶ His auctoritatibus perſpicue monſtratur, quod ex quo aliquis contra ſidem ceperit aliquid docere, nec deſicere quemquam valet, nec damnare. Obſervetur tamen illud Auguſtini: [Recedentes à ſide, nec baptiſma, nec baptizandi poſtatem amittunt.] Cum ergo ſacerdotalem unionem utraque poſtas, videlicet baptizandi & excommunicandi ſequatur, à ſide

a 1. Cor. 1. b Ivo p. 14. c. 58. Panorm. l. 5. c. 134. c Nicolaus ibidem ex eodem Coeleſtino ad clerum Conſtantinopol. l. 100. part. 14. c. 59. Panorm. l. 5. c. 135. d Incano. Apoſt. 23. al. 33. & conc. Antioch. c. 7. e 1. qu. 1. quod quidam.

recedentes, aut utramque retinebunt, aut utraque carebunt. Sed aliud eſt poſtas officii, aliud executio. Plerumq; officii poſtas vel accipitur, vel ut à monachis in ſacerdotali uſuſine, vel accipi ſine ſui executione videtur: veluti à ſuſpenſis, quibus adminiſtratio interdicitur, poſtas, non auferunt. A ſide itaq; recedentes poſtas non adimuntur: ſicut redeuntibus non redduntur: ne non homini, ſed ſacramento injuriæ fieri videatur. Unde ab hæretico baptizari vel ordinari, cum ad unitatem catholica fidei redierint, ſi ſibi in ſuſceptu eccleſiaſtica poſtas in ſuis recipiantur ordinibus, non iterum ſacramentum, quod in forma eccleſiæ probatur miniſtratum: ſi per impoſitionem manus præſtabitur virtus ſacramenti, quæ extra eccleſiam nulli dicitur: ſicut collata. Cum ergo utraque poſtas in hæretico remaneat, ſi hæretico catholicum vel alium hæreticum communicaverit, ut in communionem ſua hæreſi illum debeat, quia iniquæ eſt ſententiæ pondere caret. Quod ſi in catholicam præve viventer, vel in hæreticum flagitiis, vel facinoribus delinens, ut illis ad recte vivendi normam utorg, redeat; ſententiæ deſerit, an uterq; an hæretico tantum eſt ſententiæ tenetur, non quærendum videtur. Poſtas autem dicit catholicum ſententiæ hæretico minime teneri. Non enim poteſt ori gladio ferri, & accusare, vel in quem teſtificari non valet. Si enim quoſdam teſtimonia non ſequuntur, quia extra eccleſiam ſunt; pondus ſententiæ teſtimonii perdidit ad verſus eos, qui in eccleſia eſt videtur, nec adverſus oſtem eccleſiaſtica auctoritatis pondus habere poterunt; qui ab ejuſ ſide diſceſſiſſe probati ſunt; atq; ideo ab eccleſia ſe conſiderant. In hæreticum accere poſtatem habere videtur hæreticus: ſicut & diabolus poteſt in malo, tanquam in peccato ſuo.

C. XXXVIII. ¶ Pro aliquo facinore ab hæretico excommunicatus, à catholico non eſt recipiendus.

Unde ſcribit Auguſtinus Vincenio Donatiſtæ & Rogatiſto, epistoſ. 42.

¶ Quisquis b pro aliquo ſagitio, vel facinore proſectum à vobis ita ſuſcepit, ſicut ſuſcipiuntur, qui exopto errore, quo à nobis ſeparantur, ſine crimine apud vos vixerunt, diſplicet nobis. Sed nec facile iſta monſtratur: & ſi monſtratur, nonnullos toleramus quos corrigere vel punire non poſſimus: neque propter paleam relinquitur aream Domini: neque propter pilces malos rumpimus retia Domini: neque propter hædros in ſine legigandos deſerimus gregem Domini: neque vaſa facta in contumeliam migramus de domo Domini.

C. XXXIX. ¶ Quiſquis propter diſciplinam ab hæretico excommunicatus, non eſt à catholico recipiendus.

Idem ad Eufebium, epistoſ. 199.

¶ Vbi dicitur e quondam Spanienſis eccleſiæ, vocabulum primus, cum ab accessu indiſciplinato ſanctimonialium prohibere, atque ordinata, & ſana præcepta contemneret, à clericatu remotus eſt. Et iſte ¶ Ego, ſi domino placeat, iſtum modum ſervo, ut quiſquis apud eum propter diſciplinam degradatus, ad catholicam tranſire voſuerit, in humiliatione poenitentia recipiatur, quo & ipſi eum ſoſtitan cogere, ſi apud eos manere voſuſſet.

¶ Sed illud Auguſtini intelligitur diſtum non propter ſententiæ, cuius poſtas nullus eſt extra eccleſiam: ſed in deſertationem criminum, quæ in hæretico ſicut in catholicum, æquæ ſunt puniendæ. Poſtas tamen illud Auguſtini d de poſtate baptizandi intelligitur, non degradandi, aut ſolventis, vel cetera ſacramenta miniſtrandi. Baptiſma

a 1. qu. 7. ſi hæreticus. b 23. q. 7. c. 1. 8. quiſquis Poly. l. 7. tit. 5. l. 100. p. 3. c. 179. c Ivo p. 6. c. 290. l. 100. part. 6. c. 392. Sup. ead. cap. quiſquis &c. ſubdiaconus. d Sup. ea migramus in verba Grat.



sibi liceret communicare cum Achatio ab Apostolica sede excommunicato, hancq; sibi veniam concedi poposuisse. Quorum absurdam petitionem rejiciens Gelasius, hac qua in hoc capite continentur ipsi Euflio quem Constantinopolim mittebat in communitorio suo gessit.

C. III. ¶ Non oportet ab eorum elemosinis post mortem abstinere, quibus in vita communicare non desistimus.

Item Urbanus secundus Guzmundo Episcopo.

Sanctus a quod super Richardo filio Borelli vestra fraternitas se egisse innotuit pro zelo Dei, & animarum charitate, laudamus. Sed non aded timendum, non aded est vobis ab eius elemosinis abstinendum. Inter ceteros quippe nostrae fidei Patres beatus Leo b Papa Doctor egregius, [Quibus vivis, inquit, non communicavimus, nec mortuis communicare debemus.] Constat ergo, quoniam quibus vivis (ut ex opposito loquamur,) communicavimus, mortuis quoq; communicare possumus. Nos plane inter duo oppugnancia positi, inter impios videlicet & schismaticos, schismaticis ullo modo communicare non possumus, aut licet: peccatoribus vero, & praevidis dispensative propterea communicamus, quia & ecclesiam haecenus sustentaverunt, & fideles in posterum pollicentur. Alioquin oportet nos de hujus mundi partibus exire. Sub qua etiam sponcione nos eis nuper in beati Petri nataliis absolutionem indulimus. Quia ergo praedictus vir neq; nominative excommunicatus, neq; communicans e cum excommunicatis ex nomine exiit, sed in Domini sui fide atque servitio permansit, licet nobis dispensative, id est, quamdiu eos patimur, eius elemosinis communicare, & defuncti animam Christianae religionis modis omnibus adjuvare.

C. IV. ¶ De eodem.

Item Gelasius Papa universis Episcopis per Dardaniam, sive per Illyricum constitutus.

Nec a quisquam omnino vobis persuadent Achatio pravariationis suae crimen fuisse laxatum: quia, qui postquam in collegiū recidens pravitatis iure meruit ab Apostolica communione secludi, in hac eadem persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superites, nec quasivis omnino, nec meruit, mortuus jam non potest impetrare. Siquidem ipsis Apostolis Christi voce delegatum est: [Quae ligaveritis super terram, &c.] Ceterum jam de eo, qui in divino est iudicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere praeter id, in quo eum aetres supremus invenit. Atque ideo, nisi eius nomine refutato, ceterisque confortibus hujus erroris, cum nullo proorsus eorum participare debetis mensa Dominica puritate, quam majores nostri semper ab haeretica imagine servaverunt pollutione discretam.

¶ Epistola, ex qua hoc caput acceptum est, extat inter alia scripta Gelasii in vetusto codice Vaticano: in quo etiam multae aliorum Pontificum epistolae habentur.

C. V. ¶ In corrigibili damnationis sententia relaxare non potest.

Item Leo Papa epist. 9. ad Pulcherium Augustinum.

Damnatiois sententiam quicumque metetur accipere, si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit.

¶ Verba Leonis de Eutyche agentis, sunt haec. Qui dum viderit insipientia suae sententiae catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat, nec ira ecclesiae praesules commovere, vel damnationis sententiam metetur: quam utique, si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare.

a Ivo part. 14. c. 68. b Sup. eadem, de communiōne. c alt. pro tempore. d 1. Corinth. 5. e Aug. l. 2. c. 36. Polyg. l. 7. tit. 1. f Matth. 16.

2 pars. His auctoritatibus probatur, quod viventes, non mortuos solvere possumus, vel ligare. Verum hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim quadam crimina, de quibus etiam post mortem accusari potest quilibet, vel damnari, velat haereticus.

C. VI. ¶ Haeretici etiam post mortem sunt excommunicandi.

Unde in prima actione quinta synodi legitur.

Sanctus r profertur a quibusdam, qui dicunt operere post mortem haeticos anathematizari, & sequi in hoc doctrinam sanctorum Patrum, qui non solum viventes haeticos condemnaverunt, sed & post mortem, utpote in sua impietate mortuos: sicut eos, qui injuste condemnati sunt, revocaverunt post mortem, & in facris diptychis 3 scripserunt. Quod factum est & in Ioanne, & in Flaviano religiose memoris Episcopis Constantinopolitanis. Item in actione quinta.

¶ Augustinus b ait: [Si forte isti libri ita delicta tradidit suum, sicut Dominus designavit Iudam, legatur in eis nominatim & expresse vel Caeilianum, vel ordinatores, eorumdem librorum fuisse traditores, & si non eos anathematizavero, ipse cum e eis iudicet tradidisse.] & infra in eadem actione. ¶ Quae modo recitata sunt, Augustinus sanctae memoriae consulit, & conveniunt 3 statui tenenti & in initio in ecclesia. Insuper vero dogma jam inculpatum 4, & condemnatum est: & eos, qui tali dogmati obnoxii sunt, anathematizari vult ecclesiae traditio, licet etiam mortui essent. Ideo sanctae memoriae Augustinus dixit: [Quod si modo convinceretur Caeilianus de his, quae inferuntur ei, etiam post mortem eum anathematizo.] Item supra in eadem actione. ¶ Multi d Episcopi congregati & quadam de diversis causis ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, statuerunt de Episcopi opinio defunctis, qui haeticis suas facultates reliquerunt, ut etiam post mortem anathemati subiciantur. Summorum etiam & Augustini sanctae memoriae epistola dicitur, quod si qui in vita sua non recte sapuerunt, licet non condemnati fuissent adhuc viventes, tamen demonstrato peccato, isti etiam post mortem anathemati subiciantur. Item infra. ¶ Si vera essent, quae ab eis objecta sunt Caeiliano, & nobis possent aliquando monstrari, ipsum jam mortuum anathematizavimus.] Item infra. ¶ Dicis licet mihi etiam hodie de mortuis predicare: quia iudicium non tantum de vivis, sed etiam de mortuis fieri potest.] & infra. ¶ Rambulus sanctae memoriae, Episcopus factus Edestense civitatis, qui in sacerdotibus explenduit, & Theodorum illum Mopluennum etiam post mortem in ecclesia anathematizavit.

Item infra. ¶ Romanorum etiam ecclesia ante annos paucos Dioscorum, qui fuit Papa ejusdem ecclesiae, & post mortem anathematizavit, cum nec in sua peccasset. Et hoc sciunt omnes, qui degunt Romae: & maxime, qui in dignitatibus existunt: qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad eius mortem. Item infra. ¶ Si ad tempora Theophilii sanctae memoriae, vel superius aliquis recarerit, etiam Originem inveniet post mortem anathematizatum. Quod etiam nunc in isto h fecit & vestra sanctitas, & Vigilantissimus Papa antiquioris Romae. Item infra. ¶ Sancta 2 synodus dixit. Sufficiunt quidem, quae dicta & prolata sunt, ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet haeticos & post mortem anathematizari. Item in eadem collatione ostendit. ¶ Sancta synodus dixit. Augustini sanctae memoriae, qui inter Africanos

a Ivo part. 14. c. 62. Pam. l. 5. c. 115. & sequentibus. b In libro de unitate ecclesiae, cap. 3. c al. cum patet. d In can. Aug. cap. 84. e al. relinquunt. f Aug. Epist. 10. ad Bonifac. contra Cresconium, lib. 3. cap. 29. g al. resistendū. h al. Epist. i Ivo p. 14. c. 69. Episcopo



animabus in universa familia? Unde si una anima per istam feveritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismo de corpore exeundo perierit, innumerabilem mors corporum, si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur & interficiantur, huic damno non potest comparari. Si ergo de hac re potes reddere rationem, utinam & nobis rescribendo praestes, ut possimus & nos. Si autem non potes, quid tibi est inconsulta commotione animi facere, unde si interrogatus fueris, rectam rationem non valeas invenire. Hac autem dixi, etiam si filius noster Clascianus aliquid admiserit, quod tibi anathemate plectendum iustissime videretur.

1 ¶ Hec enim fuit] Sic etiam apud Irenaeum, & in Panormia: in epistola autem ipsa legitur. Neque enim hac corporalis est poena, qua legimus quosdam contemptores Dei cum suis omnibus, qui ejusdem impietatis participes non fuerunt, pariter interfectos. Verum ob glossam, & doctorem dicta nihil est mutatum.

2 ¶ De quorundam] Eadem glossa oblitis; ne hoc mutaretur: itaque quantum cum Ivo & Panormia concordat. In originali autem est, cum de quorundam facinoribus, immaniter adversus ecclesiam perpetratis, gravissime permovent.

3 ¶ Quid dicam de conjugate?] Verba haec desunt in ceteris editionibus epistoliarum, excepta Antverpiana. Sunt autem in codice Ikarion Vaticano, & apud Irenaeum, & in Panormia.

2 pars. Ut ergo ex hac auctoritate evidentissime monstratur, illiciti excommunicatur quis pro peccato alterius: neq; aliqua ratione nituntur, qui pro peccato unius in totam familiam sententiam ferunt excommunicationis. Illicita autem excommunicatio notatur non laedi, sed excommunicantem.

C. II. ¶ Qui illiciti aliquem excommunicat, semetipsum, non illum condemnat.

Unde Gregorius scribit Magno Mediolanensi Episcopo, lib. 2. epist. 26.

Comperimus, a quod Laurentius quondam frater, Coepiscopus noster, nullis te culpis exigentibus, b. communionem privaverit. Ideoque hujus praeccepti nostri auctoritate munitus, officium tuum securus perage, & communionem sine aliqua sume formidine.

C. III. ¶ Qui non corde, sed ore maledicunt, labiorum immunditiam contrahunt.

Item Hieronymus c. in Leviticum.

Qui negligunt oris maledicti consuetudinem refecere, etiam si non ex corde maledicant, etiam si non voto & animo inique proferant maledicta, tamen immunditiam labiorum (secundum Esaiam a verbum) & inquinamenta oris incurrunt.

C. IV. ¶ Vita, non sententia quemlibet ligat, vel solvit.

Item Hieronymus ubi supra.

Si quis e non recto iudicio eorum, qui praesunt ecclesiae, depellatur, & foras mittatur, si ipse non ante exiit, hoc est, si non ita egit, ut mereretur exire, nihil laeditur in eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit, ut interdum ille, qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus retinetur videtur.

C. V. ¶ De eodem.

Item Rabanus de ecclesiasticis praesertim, lib. 1.

Non in f. perpetuum damnatur, cum injuste iudicatur, dicente Psalmo: g. [Nec damnabit illum, cum iudicabitur illi.] Multi sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur: sed dum indifferenter

a Polyb. lib. 1. tit. 22. Ivo p. 14. c. 12. Panm. lib. 3. c. 129. b al. extantibus. c Origenes hom. 14. ad 2. 24. Levit. d Esa. 4. Origenes ibidem. e Ioh. ead. chm. aliqui. f Ivo p. 14. c. 20. Panm. lib. 3. c. 121. g Psal. 36.

hoc agitur, sacrilegii facinus incurrunt, & dum praepites quasi ad emendandum ruunt; ipsi quoque magis magis deterius cadunt.

C. VI. ¶ Quae poena feriat, qui illiciti aliquem excommunicat.

Item ex concilio Parisiensi tempore Ludovici.

De illicita a excommunicatione lex Iustiniani Imperatoris catholici, quam probat & servat catholica ecclesia, constitutione cxxiii. 1. cap. cccii. decreti, ut nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus eam. b. aliquem excommunicaverit, ille quidem, qui excommunicatus est, majoris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae communionis redeat: is autem, qui legitime non excommunicaverit, in tantum abhinet a sacra communione tempus, quantum majori sacerdoti visum fuerit: ut quod injuste fecerit, ipse iustum fiat. Et hinc sanctus Gregorius c. ad Ioannem Episcopum injuste excommunicantem inter cetera scribit, dicens: [Castis prius, atque in nihilum redactis praedicta sententia tua decretis, ex beati Petri Principis Apostolorum auctoritate decernimus; triginta dierum spatio te sacra communione privatum, ab omnipotenti Deo nostro tanti excessus veniam cum summa poenitentia, ac lachrymis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus implisse remissius, non iam tantum injustitiam, sed & contumaciam fratemitatis tuae cognoscas, adjuvante Domino, severius puniendam, quia nemo praeproper; scilicet non communitus, neque conventus d. est iudicandus. De conventionibus autem huiusmodi patratore manifestorum criminum lex dicit: [Quicumque tribus auctoritatibus iudicis conventus, vel tribus edictis ad iudicem fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est; quod citatus exinguit, fuerit evocatus; & praesentiam suam apud eum iudicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversus eum, quasi in contumacem, iudicari poterit. Quinimo nec retrahari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum.] Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus convenit evangelica auctoritate Celestinus 2, ad Nestorium ibicens; & Ephesina 3. synodus de eodem decernens, & beatus Gregorius ad Ioannem scribens; comprobant. De peremptorio autem scripto f. Africanum concilium demonstrat de Cresconio; ut si conventus respicere de trectaverit, suo contemptu; & sua contumacia faciente, auctoritate iudiciali proliis excludatur. Item b. beatus Gregorius de sententia in contumaciam scribens ad Maximum praesumptorem Salonitanum Episcopum dixit: [Hortamur, ut ad nos venire omni postposita exultatione festines: quatenus servata iustitia, hac, de quibus accusaris, & cognoscere; & finire secundum canonica instituta Christo revelante possimus. Ita autem fac, ut adveniendum amplius iam moras non ingeras: ne ipsa te magis absentia obnoxium his, qua dicuntur, assignet: & nos in te haec res, non solum propter dicta crimina, qua purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientiae culpam, durius scilicet, ut in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium.]

1 ¶ Cxxiii.] Sic est & in novella Iustiniani, & in Epitome Iuliani antecessoris; & in aliquot Gratiani codicibus; licet in aliis sit cxxvii. Numerus autem capituli emendatus est ex variis exemplaribus. Olim enim novella per capita, non per libros divisae citabantur.

a Ivo part. 14. c. 21. Panm. lib. 5. c. 124. 2. q. 1. de uno Episcopo. b al. ea. c Lib. 2. ind. 11. epist. 6. d al. convulsus. e In cod. Theod. 15. sententiarum Iulii Pauli, titul. 5. partim in interpretatione, partim post interpretationem. f cap. 11. & 44. g lib. 1. Episcop. 3. a ¶ Code.



¶ **Cælestinus**] In concilio Ephesino bibliotheca Vaticana, & Latina impresso, in epistola ipsa Cælestini ad Nestorium hac legitur ad hoc caput pertinens. Scias volo post primam & secundam illius. (scilicet Cyrilli) & hanc nostram correctionem, quam constat esse jam tertiam, ab universitate collegii, & conventu Christianorum te profusus esse sanctum: nisi mox quæ malè dicta sunt, corrigantur. In eadem vero concilio nuper Ingolstadt impresso, epistola hac est in principio, c. 16.

¶ **Ephesina**] In isdem Vaticano & Parisiensi Ephesinus concilio exemplaribus in epistola ipsius synodi ad Nestorium hac habetur. Ecce autem simul præsidente sanctæ synodo, quæ in magna Roma congregata est, sanctissimo, & reverendissimo fratre, & comministro nostro Cælestino Episcopo, & tertio de hac contestamur scriptura, &c. In sententia vero de ipsius Nestorii, post mentionem duarum citationum addita. Canonibus autem præcipientibus, evocari tertiam vocatione inobedientem, dirigentes ad eum rursus alios sanctissimos Episcopos, contumacem invenimus, & renitentem, &c. In concilio autem Ingolstadt excusis, tomo 2. c. 2. sicut expressè citatur in ipsius Nestorii.

C. VII. ¶ Vita, non sententia ab ecclesia: abique ejicitur, vel ad eam rediit.

Item Origenes super Leviticum, homilia 14. ad cap. 24.

¶ **Quædam** exiit à veritate, à timore Dei, à fide, à charitate, exiit de castris ecclesiæ; etiam si per Episcopum vocem minime abjiciatur: sicut è contrario, dum aliquis non recto iudicio foras mittitur, scilicet si non ante exierit, id est si non egerit, ut mereret exire, nihil laeditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est, & qui foras est, intus tenneri videtur.

¶ **Apud Origenem** post c. que negligit, sup. ead. citatum, sequitur. Ite tamen, qui licet matre Israelitide, & Egyptio matrem patre progenitus est, exiit, & nominans nomen matris. De quo ego puro; quod nisi exiisset, nec licitum esset verum Israelitiam, nec nominans maledicere. Exiit enim à veritate, exiit à timore Dei, à fide à charitate: sicut superius diximus, quomodo per hæc quæ exiit à castris ecclesiæ, &c.

C. VIII. ¶ Et qui aperto sacrilegio, & qui per verba vitæ fidelibus non faciuntur, ad ecclesiam non pertinere probantur.

Item Augustinus sermone 11. de verbis Domini.

¶ **Illius** qui sunt ab ecclesia segregati, non dicit, [b ea] que sunt Spiritus, non percipientes: ne ad scientiæ præceptionem referrentur: sed dicitur est, [Spiritum] non habebimus. ¶ **Hoc utique** r. nullo modo dicitur ab ecclesia segregatis, qui dicitur Spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in ecclesia, & ad fidem societatem Spiritus pertinere, qui ovibus Christi factis corde miseretur. [d Sanctus enim Spiritus disciplinæ fugiet fidem.] Neque 2. enim solum ad ecclesiam non pervenit, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi, qui in ejus unitate corporaliter, nulli per peccata vitam separantur.

¶ **In sermone** indicato B. Augustinus, agens de iis, qui se omnino ab ecclesia separaverunt, ait horum schisma longe divorsum esse ab ipso, quod in ecclesia unitate permanentes inter se dissentiant, sensales inveniunt, ad quos Paulus scribens epistola prima, de illis ergo (inquit B. Augustinus) qui plane sunt ab ecclesia separati; non est acceptio, quod dicitur Apollolus 1. Corinth. 3. ea, que sunt Spiritus, non percipientes: sed quod dicit in sua

a Sen. 2. dicitur suprad. si quis. b 1. Cor. 3. c al. referretur. In epist. Iuda. d Sep. 2.

epistola Iudas, qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes.

¶ **Hoc utique**] Rependum est quod apud B. Augustinum antecedit de parvulis & carnalibus, qui tamen sunt intra ecclesiam unitatem. Postmodò (ait) ut certissime noverimus, quod parvuli in Christo, non percipientes quæ sunt Spiritus Dei, habent tamen Spiritum Dei, paulò post infuseamur, quemadmodum eos ipsos increpans ait, [nescitis, quia templum Dei estis: & Spiritus Dei habitat in vobis.] Hoc utique nullo modo diceret ab ecclesia segregatis, &c.

¶ **Neque enim solum**] Hinc usque ad finem non sunt inventa. Facit tamen ad hanc sententiam, quod scribitur lib. 3. de baptismo contra Donatistas, c. 17.

C. IX. ¶ A Deo separamus, quos impiis demonstramus.

Item ex quinta synodo, collatione 3. quæ 1.

¶ **ertum est**, quod qui impius demonstratus est, omnimodo separatus est à Deo: sicut etiam ille, qui anathematizatus, tanquam impius separatus est. Nihil enim aliud significat anathema, nisi à Deo separationem.

¶ **3 pars.** Illucita ergo excommunicatio, ut ex præmissis apparet, non laedit eum, qui notatur, sed à quo notatur: ac per hoc, qui innocentes sunt, ex alterius crimine condemnari non possunt: sicut ab imprudentibus familia potentum pro peccato Dominorum salantur. Sed adhuc obicitur, quod non solum innocentes, sed nec etiam criminis sententia maledictionis sunt feriendi. At enim Christus in b. Evangelio. [Orate pro persequentibus & calumniantibus vos: benefacite his, qui vos oderunt.] Item c. Apostolus. [Benedicite persequentibus vos: benedicite & nolite maledicere.] Item, [d Maledicti regnum Dei non possidebunt.]

C. X. ¶ Ab omni maledicto fideles immunes esse oportet.

Item Hieronymus in epistolam ad Titum intro capituli tertii.

¶ **S**ignatur * Michael non fuit ausus diabolo, & certe maledictione dignissimo, iudicium inferre blasphemiam, quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum: sed per os Archangeli blasphemiam exire non debuit. Relege veteres libros, & vide, quæ tribus in monte Garizin constitutæ sint, ut benedicerent populo, & quæ in monte altero, ut maledicerent: e Ruben, qui maculaverat torum parentis, & Zabulon novissimus Lia filius, & ancillarum liberi in monte Heliel f. ponuntur, ut maledicant his qui maledictione sunt digni.

C. XI. ¶ Quos significent illi, qui ad benedictionem, quæ ad maledictionem de filiis Israel electi sunt.

Item in libro Iosue.

¶ **Um** ergo in singulari quibusque fidelium talis sit proposita varietas, hoc mihi designari videtur in hoc loco, quod dimidii illi, qui juxta montem Garizin incedunt (illum, qui ad benedictiones electus est) istos figuratiter g. indicent, qui non metu poenæ, sed benedictionum: & repromissionum desiderio veniunt ad salutem: illi verò dimidii, qui juxta montem Gebal b. incedunt, in quo maledictiones prolatae sunt, istos alios indicent, qui malorum metu, & suppliciorum timore complerentur: quæ in lege scripta sunt, perveniunt ad salutem.

¶ **Sed** qui pro persecutoribus iussit orare, primos parentes pro transgressione mandati, mortis maledicto percussit. Cain i quoque, qui pro peccato prævaricationis fratricidium adpaxit, sententiam maledictionis accepit.

a 1. Prop. 14. c. 29. b Matt. 5. c Rom. 12. d Galat. 5. * In epist. Iuda. e Deuter. 27. f al. Hebal. Origenes haec g. ad c. 9. Iosue. g al. singulariter. Origen. h al. Hebal. i Genes. 3.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

leditionis à Domino reportatur. Abrahâ a quoque Dominus dixit: [Maledicam maledicentibus tibi, & benedicam benedicentibus tibi.] In Evangelio h etiam, cum esurient veniret ad ficiam, non inventiens fructum in ea, sua maledictione, perpetua sterilitate ipsam damnavit. ¶ Item c Noë cum venenda sua à Ciara derisa cognosceret, filium ejus Cōanaam maledicens dixit: [Maledictus Cōanaam sit servus fratrum suorum.] Item d Isaac, cum benediceret Jacob filio suo, ait: [Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus replatur.] ¶ Item, sicut in libro Deuteronomii legitur e, Moysi ex præcepto Dei duodecim tribus filiorum Israël in duas partes dirigit, & sex tribus iussit, ut iuxta montem Gebal, & innecentes, maledictionem transgredientium legem vociferarentur: alii vero præcepti, ut iuxta altum montem incedentes, benedictiones observantium melamarent. ¶ In novo etiam Testamento Petrus Apostolus legitur Simoni maledixisse, cum ait: g [Pecunia tua tecum sit in perditionem.] Paulus quoque, qui dixerat: h [Benedicite & nolite maledicere,] formosorem i Corinthium iussit excommunicari: ¶ Item in eadem i epistola ait [Si quis non fuerit secutus doctrinam Domini nostri Iesu Christi, sit anathema, maranatha.] ¶ Item k Galat. [Si Angelus de celo veniens aliud vobis evangelizaverit, anathema sit.] Distingendum est ergo vitæ maledictum quod prohibetur, & maledictum quod à Domino & sanctissimis viris rationabiliter profertur. Maledictum quod prohibetur, est illud, quod procedit ex voto ultionis, & odio persequenti, non ex amore iustitiae. Maledictum vero, quod sancti maledicunt, est illud, quod procedit ex amore iustitiae, non livore vindictæ. ¶ In eadem j Antea legebatur, ut etiam in manuscriptis, in alia, Hujus vero loci, ac sequenti sensum retulit Gratianus, non ipsa proferat Apostola verba.

C. XII. ¶ Sancti viri non ex voto ultionis, sed amore iustitiae aliquos maledicunt.

Unde Gregorius ait in Moral. lib. 4. capite 6.

Cum sancti i viri maledictionis sententiam profertunt, non in hanc ex voto ultionis, sed iustitiae in examine prorumpunt. Intus enim subitile iudicium n aspicunt, & mala foris exurgentia, qui a maledicto debeant ferre, cognoscunt; & eò in male iusto non peccant, in quo ab interno o iudicio non discordant. Item supra cap. quinto. ¶ Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat; aliud videlicet, quod approbat, aliud, quod damnat. Alier enim maledictum profertur iudicio iustitiae i, ut in ipso primo peccante prolata est, cum audivit p [Maledicta terra in opere tuo, &c.] & sicut Abrahâ dicitur: q [Maledicam maledicentibus tibi.] Alier vero profertur maledictum, quod non iustitiae, sed livore vindictæ promittitur: à quo voce Pauli Apostoli r prædicantis cessare admonemur, qui ait: [Benedicite & nolite maledicere.] ¶ 2 ¶ iustitiae] In his, quæ sequuntur, non omnino refert Gratianus ipsa verba beati Gregorii, neque etiam ceterorum collectorum, licet propius ad eos accedat. Sententia tamen eadem manet.

C. XIII. ¶ Errantes, & in errorem mittentes excommunicantur.

Apostolica i auctoritatis exemplo didicimus, er-

a Genes. 12. b Matth. 23. c Genes. 9. d Genes. 27. e Deuter. 27. f alii, Hebal. g Act. 8. h Rom. 12. i 1. Corinth. 3. & 6. k Galat. 1. l Beda in acta capite 8. Ivo part. 12. capite 4. & 5. Panorm. lib. 3. capite 22. m alii, iustitia exanimis, n Dei iudicium. o vera lectio, p aliter aeterno. q Genes. 3. r Genes. 12. s Roman. 12. t 1. Corinth. 3.

rantium, & in errorem mittentium spiritus tradendo esse Satana, ut blasphemare deducant.

C. XIV. ¶ Delinquentes corrigantur à sacerdotibus, incorrigibiles inveniuntur excommunicentur.

Item Anacletus Papa, epist. 1.

Am sacerdotes a, quam reliqui fideles omnes summam curam habere debent de his, qui pereunt, quantum eorum redi, gitione, aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur.

C. XV. ¶ Secunda vel tertia admonitione interposita, excommunicationis sententia procedat.

Item Gregorius Papa lib. 2. epist. 37. ad Natalium Episcopum.

De excommunicationis articulo (quæ tamen interpolata conditione gradus i secundo vel tertio non, ut ita dicam, ex necessitate subijuncta est) beatitudinem immerito queritur, cum Paulus Apostolus d dicitur promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.

i ¶ Gradus] In tribus veris exemplaribus epistolæ beati Gregorii & uno Gratiani legitur, gradu secundo, &c.

C. XVI. ¶ Mali ab ecclesia sunt eliminandi.

Item Hieronymus in epistolam ad Galatas, cap. 5.

Refecandæ i sunt putridæ carnes, & scabiosa ovium caulis repellenda: ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intescant. Alius in Alexandria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totum orbem ejus flamma populata est. ¶ Refecandæ] Apud h. Hieronymum legitur, secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ovium repellendum.

C. XVII. ¶ Pro diversitate culparum subditi à prepositis corrigantur.

Item Augustinus libro de correptione & gratia, cap. 15.

Corripiantur itaque à prepositis suis subditi frentes correptionibus de charitate venientibus pro culparum diversitate diversis, vel minoribus, vel amplioribus: quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam facit Episcopale iudicium (quæ poena in ecclesia nulla major est) potest, si Deus voluerit, in correctionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ bonus de aliquo desperandum est? Aut contradicere Deo potest, ne respiciat e & det poenitentiam, & acceptio sacrificio Spiritus contribulati, cordisque contriti, à regno quamvis iustæ damnationis absolvat, damnatum quæ ipse non damnet? Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpent ditto contagia, separare ab ovibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione servandam. Nescientes enim quæ pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non peccet, sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri.

i ¶ Damnatumque] Si emendatum est ex originali, in glossa visæ est impedire. Antea legebatur, damnatum, quæ ipse non damnat.

C. XVIII. ¶ Qui corrigi noluerit, excommunicationi ferro debent abscondi.

Item Prosper libro secundo de vita contemplativa, cap. 7.

Eccæ d autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, undecunque claruerint

a Burch. li. c. 136. Ivo p. 5. c. 250. b 2. Cor. 10. c al. respice d Es. orig. quæc

quarumque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, veluti igne quoddam pie increpationis urenda sunt & curanda. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinerint, ac pie increpantis medela processerit & in eis, qui diu portati, & salubriter oburgati corrigi noluerint, tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscondi: ne, sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salubrem relique carnis putredinis lux contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despicunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.

¶ In hac parte Apud Prosperum continuo sequitur cap. porro. *¶ In penitentia, dist. 1.*

C. XIX. ¶ Excommunicandus est, qui duas simul uxores habere presumpserit.

Item Nicolaus Papa Luthario Regi.

Anon & distrida ultione ferendus es, qui in duabus uxoris adulterum Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? Quod Dominus non nisi post septuaginta septem generationes suo saluifero delevit: cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum in cataclysmi.

C. XX. ¶ Falsi testes & homicida a communionem priventur.

Itaque censuimus & homicidas & falsos testes à communionem ecclesiasticam submovendos: nisi poenitentiam facti satisfactionem crimina admissa diluerint.

C. XXI. ¶ Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religiosum spoliarè presumpserit.

Item ex concilio Toletano I. c. 17.

Siquis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum exspoliaverit, & manducetum ad se venire Episcopus, ut audiat, & contempserit invicem, mox scripta percurrat per omnes Episcopos provincie, & quoscunque adire poterint, excommunicationis habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

¶ Pauperem] In plerisque vetustis, & apud Anselmum & in codicibus cæciliis impressis, & manuscriptis est, pauperem.

C. XXII. ¶ De eodem.

Ex dicti Gregorii Papa.

Quæque per & dolum manum suam mittit in Christum Dominum, id est, Episcopum vel Presbyterum (quia sacrilegium grave committit), & si quis ecclesiam Dei violat, aut impugnat, aut incendit (quia & hoc gravissimum est sacrilegium), placuit sanctæ synodo, ut in primis omnia bona ejus proscriptioe publicentur: deinde in uno loco, id est, in monasterio inclusus poeniteat omnibus diebus vite suæ.

¶ Caput hoc abest à plerisque manuscriptis. Burchardus autem & in cæciliis ex concilio Gangrensi.

¶ In primis] Apud Burchardum & Ivonem legitur, ut in uno loco, &c. sine verbis istis, quæ hinc sunt interjecta.

C. XXIII. ¶ Communionem privetur, qui Romipetas, vel peregrinos, vel mercatores molestare presumpserit.

Item Calixtus Papa.

Siquis Romipetas, & peregrinos, & Apostolorum & Beatorum, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere, seu rebas, præferunt, spoliare, & mercatores novis telorum & pedagogiorum exactionibus molestare tentaverit, donec satisfecerit, communionem careat Christianam.

a. al. presumpserit. b. 1007. c. 227. Gen. 4. c. Burch. 1.6. c. 29. Prop. 10. c. 17. d. Anf. 17. c. 173. e. Burch. 1.10. cap. 63. Prop. 12. c. 173. f. Calixtus. g. al. pedagogiorum.

C. XXIV. ¶ Excommunicentur, qui oratores, & ecclesias, bonarum, earum, & personas ibi servientes infestare presumpserint.

Item Urbanus Papa.

Patrum traditionum exemplis commoniti, pastoralis officii debitum persolventes, ecclesias cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conversos, & oratores quoque, cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere presumpserit, & postquam facinus suum recognoverit, intra dierum triginta spatium competenter non emendaverit, à liminibus ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur.

¶ Convertos] In codicibus impressis sequebatur, vel commissos, quæ sunt expuncta, quia ab hinc à plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & vetusto quodam codice: in quo quidem extremo & hinc, & alii tres canonici descripti sunt, tanquam fragmentum alicujus concilii.

C. XXV. ¶ Qui oratoribus, pauperibus non armis ferentibus in malum obvaverint, excommunicentur.

Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis.

Illi, qui peregrinos, vel oratores cujuscunque sancti, sive clericos, sive monachos, vel foeminas, aut inermes pauperes depradati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obvaverint, anathematis vinculo feriantur, nisi dignè emendaverint. Pax verò illa quam treugam dicimus, sic observetur, sicut ab Archiepiscopis & Episcopis uniuscujusque provincie constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

¶ pars. Quia verò sermo de hæretico habetur, videndum est, quid intersit inter schisma & hæresim: & qui sint hæretici: & quot sint hæreticorum secta.

C. XXVI. ¶ Schismatici & hæresis differunt.

Differentiam autem inter schisma & hæresim, Hieronymus in epist. ad Titum b. c. 3. assignat, dicens.

Inter hæresim & schisma hoc interesse arbitrantur, quod hæresis perversum dogma habeat, schisma propter & Episcopalem dissensionem ab ecclesia & pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest, ceterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, ut rectè ab ecclesia recessisse videatur.

¶ Ab ecclesia] In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, in Ferraria excusit, itemque duobus manuscriptis Vaticanis legitur, ab ecclesia separatur.

¶ Potest] Sequebatur, diversum, quæ vox abest à memoratis editionibus, & Vaticanis exemplaribus.

C. XXVII. ¶ Unde hæresis dicitur.

Unde autem hæresis dicitur, in epistolam ad Galatas, cap. 5. Hieronymus & diffinit ita dicens.

Hæresis f. Græcè ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quæcumque igitur aliter scripturam intelligit, quàm sensus Spiritus Sancti flagitat, quæ scripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est quæ pejora sunt.

¶ pars. Quæ verò propriè dicantur hæretici, Augustinus in lib. de Utilitate erudendi, c. 1. ostendens, ait.

a. Rom. lib. 5. c. 114. b. Ad locum [Hæreticum hominem.] c. Polyb. lib. 7. tit. 3. Anf. 122. c. 49. d. al. post Episcopalem decessionem. e. Ad locum [Hæresis, invidia.] f. Poly. lib. 1. Anf. 122. c. 50. g. Gal. 5.

C. XXVIII. *¶ Qui proprie dicantur hæretici.*
Hæreticus a est, qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ, principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, homo est imaginatio- ne quadam veritatis ac pietatis illusus.

C. XXIX. *¶ Non sunt hæretici, qui non sua au- dacia, sed aliena seducuntur in errorem.*

Item Glorio, Eleanzio, & alii, epist. 162.
Dixit b Apostolus [Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem] devita: sciens, quia subversus est hujusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus. Sed qui sententiam suam, quamvis falsam atque perverfam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quarunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

C. XXX. *¶ Magistri erroris existunt, qui veritatem disciplinam contemnant.*

Item Leo Papa epist. 10. ad Flavianum.
Quid e autem iniquius est, quam impia sapere, & sapientioribus, doctioribusque non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad Apostolicas literas, nec ad Evangelicas auctoritates, sed ad semetiplos recurrunt: & ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.

C. XXXI. *¶ Hæretici sunt, qui quod grave sapiunt, contumaciter defendunt.*

Item Augustinus contra Manichæos.
Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid, prayumque sapiunt, si correpti, ut sanum, rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nollunt, sed defendere perstant, hæretici fiunt.

C. XXXII. *¶ Errante damnabilior est, qui ejus defendit errorem.*

Item Urbanus Papa.
Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant: quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat & confirmat. Unde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est.

C. XXXIII. *¶ Qui mendaciam veritatem immutant, Patrum terminos transferre probantur.*

Item Hieronymus lib. 2. Comment. ad e. s. Ofse.
Transerunt Principes Iuda terminos, quos posuerunt patres eorum, quando immutant mendaciam veritatem, & aliud prædicant, quam ab Apostolis acceperunt. *Idem infra, eodem capite.* ¶ De hæreticis manifestus est sensus, quod sophismatibus suis, & arte dialectica sæpe opprimant ecclesiasticos. *Idem ad caput nonum.* ¶ Veteres scrutans historias, invenire non possum scidisse ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes à Deo positi fuerant, & propheta, id est, speculatores. Illi ergo veruntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum.

C. XXXIV. *¶ Abjiciantur, qui adversariorum conveniunt prævitiati.*

Item Leo Papa epistola 74. ad Anatolium.
Illud d sanè plurimum mihi displicere significo, quòd

a Beda 1. Corin. 11. Polyb. ibid. Deu. dicit p. 2. Ansel. 1. 12. c. 53. b Ad Titum cap. 3. Polyb. ibid. Ansel. lib. 12. c. 51. c Lib. 11. de Civit. Dei. c. 51. Polyb. ibid. Deu. dicit p. 2. Ansel. 1. 12. c. 51. d 100 part. 8. cap. 329.

inter 1 dilectionis. a tuz clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum b conveniant prævitiati, & vasa iræ c vasis misericordiam miscantur. Quibus investigandis, & severitate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita ut his, quibus professe non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim nos Evangelici meminisse mandati, quo ab ipsa veritate præcipitur d, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, à compage corporis auferatur: quia melius sit his in ecclesia carere membris, quam cum ipsi in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam peccatis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis quos decipiunt, videramur. Abjicienda profus pestifera hæ: à sacerdotali vigore patientia est, quæ sibi met, peccatis aliorum parendo, non parcat.

1 ¶ Quòd inter] Sic est emendatum ex ipsa epistola, cum & in unigatu, & in plerisque versibus Oratianis exemplaribus sit, quòd iurisdictionis tuz clericis. In duabus tamen, quæ sunt modum & apud Ivonem est, inter ditionis tuz clericos.

2 ¶ Vasa iræ] Sic est emendatum ex originali. Alibi est ad Ivonem B. Pauli Romæ. g. Apud Gratianum erat, itaque quæ Ivonem, vesaniam vasis misericordiam vasa miscantur.

C. XXXV. *¶ Et sodalitates, & convivia hæreticorum clerici vitare debent.*
Item ex concilio Carthaginensi. IV. c. 71. & 72.

Clericus hæreticorum & schismaticorum tam convivia, quam sodalitates evitæ æqualiter. Forum conventicula non ecclesia, sed conciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum est, neque psallendum.

C. XXXVI. *¶ Canonum observatores cum hæreticis nullum debent avere certamen.*

Item Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardania.

Cum quibus erat synodus in eunda? Catholici Pontifices fuerant undique jam depulsi: solum remanserant focii perfidorum: cum quibus jam nec licebat tubere conventum, dicitur Psal. e [Non sedi in conciliis vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.] Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem, permiscamque cum perfidis, miscere concilium f. Rectè igitur per Chalcedonensis synodi formam hujusmodi prævaricatio repulsa est potius, quam ad concilium vocata: quòd nec opus erat postpositam synodum, nec cum talibus habere licebat. *Idem in commentario ad Faustum.* ¶ Canonum 2 magistris atque custodibus nobis nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis alienæ.

1 ¶ Quam ad] In originali legitur, quam per concilium quod ne opus, &c.

2 ¶ Canonum] Gelasius in commentario ad Faustum, obijurgans Græcos illos, qui, cum maxime canones violant, eosque tamen se observatores simulabant, in hæc præsumpti verba, o canonum magistris atque custodes. Nobis nullum, &c.

C. XXXVII. *¶ Non contradicit sed potius obedit Evangelio, qui male excommunicat.*

Item ex epistola Urbani.

Notandum est, quòd quidam dicunt contra Evangelicam parabolum nos facere, ubi de zizanis eradican- dis Dominus præcepit g. cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subjicimus: b

a al. ditionis; b al. committant; orig. c Rom. 9. d Mat. 13. e Psal. 25. f al. consilium. g Mat. 13. Sententia habetur q. 3. per totum. In concilio Milevano & Africano.

ajunctam sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, ubi ait: [Quia non est precidenda vitas; ferendi sunt mali; non abjiciendi.] Quibus hoc primùm respondendum est: Si hæretici & mali homines excommunicandi non sunt, quare ipse Augustinus cum legatis sanctæ Romanæ ecclesiæ, & cum sanctis Episcopis suis Pelagium & Coelestinum novam hæresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes, excommunicavit, & ab ecclesia Dei separavit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista de causa his similia loquitur, tam ipse, quam omnis ecclesia Dei, excommunicatos habuit? & nisi prius penitissent, & per manus impositionem reconciliati essent, eis nequaquam communicabatur? Idem ipse Dominus, qui hoc publice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri jubet, dicens, e. [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.] Vide apparet liquidò, aliud esse excommunicationem, aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (ut & Apostolus ait) ad hoc excommunicatur, ut Spiritus eius salvus fiat in die Domini. Disciplina enim est excommunicatio; & non eradicatione.

Ubi sic ex contemptu & superbia excommunicati prove-

C. XXXVIII. ¶ Divina maledictio meritis maledicti designat. Unde & Origenes in libro Numerorum, lamita 17. ad. 25.

Deus, quando maledicit, meritum ejus designat, cui maledictus, & sententiam a promittit: utpote quem non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hoc non potest scire, (neque enim propositum, mentemque alterius videre alius, aut cooperere potest,) ideo etiam si judicantis, vel sententiam pro meritis inuini proferat maledictum, non potest esse ipsa maledicti causa; ubi ignoratur peccantis affectus maxime cum humanum vitium tunc scias maledicta proferre, cum forte convitiis aut injuriis provocatur. Quod vult volens reserare: & Apostolus, ne maledictis & contrariis convicia provocemus, mandatum necessarium ponit benedicamus, & non maledicamus: quòd commendatum reseretur: non quòd judicandi veritas, quæ homines later, & pronuntiandi auctoritas perimatur.

¶ Origenes sic est restitutum, cum antea esset, Augustinus. Et sequitur hujus capituli partem glisse ordinaria ut vultur hanc ex ipso Origenes referri: indeq, nonnulla sunt emendata.

C. XXXIX. ¶ Quis sint hæreticorum. Vidam autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, quæ nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

¶ Simoniani dicti à Simone, magicae artis perito: cui Petrus Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apollollo Spiritus Sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non à Deo, sed à virtute quædam lupena creaturam.

¶ Menandrii g à Menandro magno, discipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, sed ab Angelis factum asserunt.

¶ Basilidani à Basilide appellati: qui inter reliquas Hæreses, Jesum passum abnegavit.

¶ Nicolaitæ dicti à Nicolao d. Diacono ecclesiæ Hie:

¶ Marcionis quod aliter, b. n. Corin. 5. e. al. Item d. al. Marcionem verum penit. e. Pet. 3. Rom. 16. f. Re-bant. 2. 7. de instit. clericor. capite 38. Anselmus libro 12. cap. ultim. Platonem, lib. 3. cap. 345. Al. 8. g. al. Menandria. n. h. Al. 8.

rosolymorum: qui cum Stephano, & cæteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem, dixerat, ut qui vellet, ea uteretur: verba est in stuprum talis consuetudo, ut invicem conjugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat a, dicens, [Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.]

¶ Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

¶ Carpocratiani à Carpocrate quodam vocantur: qui dixit, Christum hominem fuisse tantum, & de utroque sexu progenitum.

¶ Cerinthiani à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem observant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. Unde & Græcè Χιλιάται, Latine Millenarii sunt appellati.

¶ Nazaræi dicti, qui dum Christum (qui à vico Nazarenus est appellatus) filium Dei confiteantur, omnia tamen veteris legis custodiunt.

¶ Ophitæ à Colubro nominati sunt. Coluber enim Græcè ὄφις dicitur. Colum enim serpentem, dicentes ipsum in paradysum b induxisse virtutis cognitionem.

¶ Valentiniani à Valentino quodam Platónico sectatore vocati, qui αἰώνιος, id est, sæcula quadam in originem Dei creatoris induxit, Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed peccem, quasi per fistulam, transisse asseruit.

¶ Appellatæ, quorum auctor e Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum ignem affirmans dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

¶ Archontici à principibus appellantur: qui universitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

¶ Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Unde & nudi orant, & nudi inter se mares foeminaque conveniunt.

¶ Cainiani d. r. inde sunt appellati, quoniam Cain adorant.

¶ Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui vocatus est Seth: dicentes eundem esse Christum.

¶ Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

¶ Angelici vocati, quia Angelos colunt.

¶ Apostolici hoc sibi nomen ideo sumperunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo e in hoc mundo mutantur.

¶ Cerdoniani à Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asseruit.

¶ Marcioniste à Marcione Stoico philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum justum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis f. & bonitatis.

¶ Artotyritæ ab oblatione vocati: panem enim & casteam offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & fructibus ovium fuisse celebratam.

¶ Aquarii appellati, eò quòd aquam solum offerunt in calice sacramenti.

¶ Severiani à Severo exorti, vinum non bibunt: vetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

¶ Tatiani à Tatiano quodam vocati: qui & Eucratitæ dicti: quia carnes abominantur.

¶ Alogii vocantur tanquam sine verbo: ἄλογον enim Græcè, verbum dicitur. Deum enim verbum non

a Apoc. 2. b. al. paradiso. c. al. princip. d. al. Caini. e. al. Caini. e. al. aliquid. f. al. creatorum.



credunt, respuentes Iohannis Evangelium & Apocalypsim.

¶ Cathaphrygis nomen provincia Phrygia dedit, quia ibi exiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum Spiritus Sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

¶ Cathari propter munditiam ita se nominaverunt: gloriantes enim de suis meritis, negant penitentibus veniam peccatorum: viduas, si nupterint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos vocarent.

¶ Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumplisse initium.

¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non à natam introducens, Deo non nato eam comparavit, materiamque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus *a* improbat elementis servientes.

¶ Manichæi à quodam Perfa exiterunt, qui vocatus est Manes. Hic duas naturas & substantias introduxit, id est, bonam & malam, & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentum vetus respuit, novum ex parte recepit.

¶ Anthropomorphitæ 3 dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere humana membra, quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrantur. *abegam* enim Græcè, Latine homo interpretatur. Ignorantes vocem Domini, qui ait: *b* [Spiritus est Deus.] Incorporatus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur.

¶ Hierarchitæ 4 ab Hierarcha auctore exorti, monachos tantum recipiunt: conjugia respuunt: regna celorum parvulos habere non credunt.

¶ Novatiani à Novatiano e Romæ urbis Presbytero exorti: qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.

¶ Montani 5 hæretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se à catholica ecclesia corpore diviserunt.

¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, sive à paupertate: Christum enim per profectum *d* solum virum iustum putant effectum. Unde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. Hi enim semijuda: sunt: & ita tenent Evangelium, ut legem carnaliter servant: adversus quos *e* Apostolus ad Galatas scribens invehitur.

¶ Photiniani à Photino Gallogræciæ Syrmii Episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim sulcians, asseruit Christum à Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

¶ Aëriani ab Aërio quodam nuncupati sunt: hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

¶ Aëriani ab Aërio sunt vocati: idemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico, Aërii discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio Spiritum Sanctum. Dicunt etiam nullum *f* imputari peccatum in fide manentium.

¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quod non possit videre filius Patrem, nec Spiritus Sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diversitate peccatorum e caelis usque ad terras *g* diversa corpora, quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum.

¶ Noëtiiani à quodam Noëto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & Patrem, & Spiritum Sanctum, ipsamque Trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde & Patripassiani vocantur, quia Patrem passum dicunt.

¶ Sabelliani ab eodem Noëto pullulasse dicuntur:

cujus discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, unde & Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam Patris, & filii, & Spiritus Sancti astruunt.

¶ Arriani ab Arrio Alexandrino Presbytero orti sunt, qui cœterum Patri filium non agnoscens, diversas in Trinitate substantias asseruit, contra illud, quod ait Dominus *a*, [Ego & Pater unum sumus.]

¶ Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano Episcopo dicti sunt, negantes Deum esse Spiritum Sanctum.

¶ Apollinaristæ ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

¶ Antidicomaritzæ appellati sunt pro eo, quod Mariæ virginitati contra dicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

¶ Meiangimonitæ 6 idèd tale nomen acceperunt, quia *me* Græcè vas dicitur. Asserunt enim se esse in Patre filium, tanquam vas minus intra vas majus.

¶ Patritiani à quodam Patritio nuncupati sunt: qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt.

¶ Colluthiani à quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est, *b* [Dominus creans mala.]

¶ Floriani *c* à Floriano: qui e contrario dicunt Deum creasse mala, contra hoc, quod scriptum est, *d* [Fecit Deus omnia bona.]

¶ Donatistæ à Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens totam penè Africam sua persecutione decepit, asserens minorem Patre filium, & minorem filio Spiritum Sanctum, & rebaptizans catholicos.

¶ Bonosiani à Bonoso quodam Episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptivum, non proprium asserunt.

¶ Circumcelliones dicuntur, eò quod agrestes sunt, quos Scototopicos 7 vocant, supradictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes, martyres nominentur.

¶ Priscillianistæ à Prisciliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum & Manichæorum permixtum dogma composuit.

¶ Luciferiani à Lucifero Sardinia Episcopo orti: qui Episcopos catholicos, qui Constantiæ e persecutione perfidia Arrianorum consentientes erant, & postea contra in catholicam redire delegerunt, damnantes, sive quod crediderant, sive quod se credidisse simulaverant, quod ecclesia catholica materno recepit sinu, tanquam Petrus post sterum negationis, hanc illi matris charitatem sumptè accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesia communionem recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebat, cadere meruerunt.

¶ Iovinianistæ à Ioviniano quodam monacho discipulo asserentes nullam nuptiarum & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes & simpliciter epulantes discrimen.

¶ Helvidiani ab Helvidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de suo Ioseph peperisse.

¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

¶ Arabici nuncupati eò quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrunque resurgere.

¶ Tertullianistæ dicti à Tertulliano Presbytero Africanæ provincie civitatis Carthagenensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes.

a Gal. 4. *b* Ioan. 4. *c* al. Novato. *d* al. prove-
llia. *e* Gal. 4. *f* al. nulli. *g* al. terras lapsas. orig.

a Ioan. 10. *b* Esai. 45. *c* al. Floriani à Floriano.
d Gen. 1. *e* al. similiti.

¶ Theflarscadearita dicti; quod decimaquarta lura Pascha cum Iudæis observandum continentur. Nam *quatuor dies decem* significat.

¶ Nyctages à somno nuncupati; quod vigiliis noctis respuant, superflitionem esse dicentes, iura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit.

¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium divinæ gratiæ anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda jussa divina.

¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano Episcopo nuncupati; qui beatam Mariam virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem, asseruit: ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec unum Christum in verbo Dei, & carne credidit; sed separatim, atque separatim alterum filium Dei, alterum hominis prædicavit.

¶ Eutyriani dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate; qui Christum post humanam assumptionem negavit existeri in duabus naturis, sed solum in eo divinam esse naturam.

¶ Acephali dicti, id est, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor; à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium capitulorum impugnatores, diartam in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in eis personam naturam prædicant.

¶ Theodosiani 10 & Gajanitzæ appellati à Theodosio & Gajano, qui temporibus Iustiniani Principis in Alexandria, populi perveni electione, una die ordinati sunt Episcopi. Hi errores Eutycheis & Dioscori sequentes, Chalcedonense concilium respuunt: ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gajanitzæ incorruptam contendunt.

¶ Agnoitzæ 11, & Tritheitzæ à Theodosiani exorti sunt; quibus Agnoitzæ a bignorantia dicti: quia ad perveritatem, à qua exorti sunt, id adjuvant, quod Christi divinitatem ignorat, quæ sunt subscripta de die & hora adventus, non recordantes Christi personam in Esaiâ 45. *Domini [Dies] iudicii in corde meo.*

¶ Tritheitzæ vero vocati, quod sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est: *b [Audi] Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est.*

¶ Sunt alie hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibusdam putant triformentem esse Deum: alie Christi divinitatem passibilem dicunt: alie Christi de patre nati vati initium temporis dant: alie liberationem hominum apud inferos statim Christi descensione non credunt: alie animam imaginem Dei negant: alie animas converti in demones, & quæcumque animalia existimant: alie de mundi statu dissentiant: alie innumerabiles mundos opinantur: alie aquam Deo coeternam faciunt: alie nudis pedibus ambulat: alie cum hominibus non manducant. He sunt hæreses adversus catholicam fidem exortæ, & ab Apokolis, & à sanctis patribus, vel conciliis prædamnata: quæ dum in se multiseribus dissent, invicem sibi dissentiant, communi tamen nomine adversus ecclesiam Dei conspirant. ¶ Sed & quæcumque à aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus Spiritus Sancti flagitat, à quo conscripta est, licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.

¶ Cainani Apud B. Augustinum in libro de hæresibus (ex quo negam partem huius capiti accepit Isidorus) & in aliquo textu Gratiani exemplaribus legitur, Gayani. In uno Ierusalensis in libro de præscriptione adversus hæreticos hæc scribit. Sunt & nunc alii Nicolaitæ: Caiana hæresis dicitur. & paulinista. Nec non etiam arripit alia quoque

a Esaiâ. b Deus. c suprad. hæresis, s. quinquag.

hæresis, quæ dicitur Cainæorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso.

2 ¶ Non natam Locus hic emendatus est ex plerisque, vestigiis & Isidoro. Antea enim legebatur, Non naturam introducens; Deo non natura eam comparavit.

3 ¶ Anthropomorpha In codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedunt hæc. Anomiani Latine sine lege dicuntur: quæ tamen absunt à codice Isidori per vetusto, & valde emendato monasterii B. Augustini in Carbonaria Neapolis.

4 ¶ Hierachitæ Ita mutatum est ex libello B. Augustini, quamvis in aliquot ipsius editionibus sit, Hierarchitæ. Hierarchia vero hæretici meminit B. Hieronymus l. 4. & sexto de Trinitate. Antea legebatur, Heraclitæ ab Heraclio.

5 ¶ Montani Horum nulla mentio est apud B. Augustinum, sed Montensium: quo nomine Donatistas Roma vocari solitos tradit.

6 ¶ Metangismonitæ Sic emendatum est ex Isidoro & beato Augustino, cum antea legebatur, Metangi nominati.

7 ¶ Scotopicos Apud Isidorum, in Pannonia, & in aliquot manuscriptis Gratiani est, Cotopitas. Quod vero ait, supradictæ hæresis habentes doctrinam, referendum est ad Donatistas; non ad Bonifacium.

8 ¶ Prædicavit In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano hæc est finis capituli, & incipit novum caput, de philosophis gentium.

9 ¶ Chalcedonensium Tria capitula tractata & definita sunt in quinta synodo, sub Iustiniano, ut notatum est suprad. dist. 15. sicut sancti. Qui vero occasione horum trium capitulorum ab ecclesia recesserunt, non Chalcedonensem, sed quintam synodum impugnabant.

10 ¶ Theodosiani Horum meminit Liberatus in Breviario, Nicephorus lib. 18. cap. 45. 49. & 50. ac Gregorius Cedrenus anno 14. Iustiniani Imperatoris: B. Augustinus memorat Theodotianum à Theodotiano: sed idem videtur qui Theodotus, de quo Epiphanius l. 2. tom. 1. hæresis 54. Theodotianus à Theodoto, ut etiam Philastrius & Damascenus.

11 ¶ Agnoitzæ & Tritheitzæ Sic restitutum est: quamvis in codicibus Isidori & Gratiani legebatur, Gnoitzæ & Trihoitzæ. De his meminit Nicephorus in locis proximè indicatis, eorundem à Theodosiani profectos scribit. De Agnoitzæ vero multa dicit beatus Gregorius lib. 8. epist. 35. & 42. ad Eulogium.

C. XL. ¶ Quare divina providentia multis errare permittit.

Item Augustinus de Genesi contra Manichæos, lib. 1. cap. 1.

6 ¶ Deo divina providentia multos diversi erroris hæreticos esse permittit, ut cum insultant nobis, & interrogant nos ea, quæ neficimus, vel sic excutiamus pigritiam, & divinas scripturas nosse cupiamus. Propterea & Apostolus ait, *4 [Oportet] hæreses esse; ut probati manifesti fiant inter vos.* Hi autem Deo probati sunt, qui bene possunt docere: sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cum docent.

¶ Sed manifesti Hæc addita sunt ex originali, utemq; alia nonnulla, & emendata.

CAUSA XXV.

Sancta Romana Ecclesia quandam baptismalem ecclesiam suis munivit privilegiis, decimasque sua diocesi ex integro sibi attribuit. Item quoddam monasterium similiter munivit privilegiis propriis, decimasque ex propriis præditi nulli decimas persolveret. Accidit itaque ut intra diocesim præmutata baptismalis ecclesia præ-

a. Carinth. 17.